# ENARRATIO
## MAXIMI PONTICATVS, MAXIMIVE SACERDOTII:
Necnon augustissimi ac Fœlicissimi Regni.
## IESV CHRISTI SERVATORIS. nostri.

PER R. P. ET D. IACOBVM Naclantum Episcopum Clugiensem.

*Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.*
*Thronus tuus Deus in sæculum sæculi Virga æquitatis uirga Regni tui.*
*Psalmus 109. & 44.*

*eius, et non respexit*



*Beatus uir cuius est Dominus spes* *in uanitates & insanias falsas.*

VENETIIS.

M D LIIII.

# REVERENDISS. AC ILLVSTRIS. D. *Sebastiano Pighino. S. R. Ecclesiæ Præsbitero Cardinali Dignis.*

*Iacobus Naclantus Episcopus Clugiensis, Perpetuam fœlicitatem.*

QVoniam, cum ageremus Tridenti, causa œcumenici, ac Sacrosancti Concilij: in quo Reuerendiss. ac Illust. D. tua (tametsi eò tẽporis, in minoribus gradu & dignitate, non tamen in minoribus Sapientia & Religione) Tùm prudentissimè, tùm religiosissimè præsidebat: Nihilq́; quod Orthodoxę Fidei, Christianæq́; Pietati conduceret, omni pro uirili, sanctissimè non procurabat: Necessarium fuit, ob rei magnitudinem, & arcana tremendaq́; Missæ mysteria: cùm à præclaris Theologis, Tùm à Sanctissimis Patribus: multa non solùm de Sacratissimo Ordinis Sacramento, Sed & de augustissimo altaris Sacrificio: quod ab Apostolorum tempore, in hanc usque diem, Non modò ad agendum gratias Deo, Non modò ad memoriæ reuocandum, quod semel pro nobis est oblatum à CHRISTO: Sed ad satisfaciendum pro pœnis, nostris facinoribus debitis: impetrandamq́; nonnunquã remissionem Criminum, ac reconciliationem cum Deo, semper in Ecclesia est religiosissimè celebratum, ac quotidiè repetitum: frequẽter in medium, nedùm piè, catholiceq́; deduci, Sed egregiè ac disertissimè pertractari: Et demùm à Reuerendiss. ac Illustriss. D. Tua, quę postremo, in frequentissima Sãctorum Patrum corona, sen

tententiam proferebat,non pauca,& ea maximé, quæ uidebantur recõdita clarißimé detegi,ac amplißima luce perfundi: Arbitratus sum,quód sibi rem ingratam non fecero,si pauca, quæ nuper de Sacrosancto CHRISTI Sacerdotio, eiusq; ter fœlicißimo Sacrificio, mea pro tenuitate, ex limpißimo Diuinarum literarum fonte, haurire temptaui (haud secus ac pignus aliquod, meæ ergá illam, singularißimæ obseruantiæ, ac meritißimæ Seruitutis) obtulero. Et quoniam Contestãte Apostolorum Principe, Sacerdotium CHRISTI, Sacerdotium est Regale: Propter quod & summus eius Vicarius, summus est Sacerdos et Princeps: Visum est, post Enarratum illius Sacerdotium & Sacrificium: Etiam illius enarrare Regnum & Principatum: ut alteri ex altero, lumen maius accedat. Et qnanquã Nemini dubitare fas est, CHRISTI Principatui omnia subijci, Illumq; pro arbitrio singula moderari: nihilominus satis est instituto, si de illius spirituali Regno ac moderatione, aliquid explicetur. Ergo (certé non uereor) non dedignabitur Renerendiß. D. Tua, (tametsi perexile est opns) pro sua non exili, erga me dilectione, qua nunquám ob animi sui ingenuitatem, me prosequi dedignata est: illud non solum benigné suscipere: Sed & Authorem in illo, sibi deditißimum semper habere. Quæ fœlix diutißimé uiuat.

1. Pet. 2.

# ENARRATIO MAXIMI
## *Pontificatus, maximi uè Sacerdotij* IESV CHRISTI *Seruatoris noſtri.*

LICET (ſiquis Moſen atten
dat)interſit nōnihil inter Pon
tificem & Sacerdotem : quo-
niā tametſi ambo conſecrabā
Exod. 28 &.29. tur Deo,& ſacris ueſtibus mi *Diſcrimē inter Pontificē & ſacerdotē in lege.*
Leui.8. niſterio fungebantur in San-
10. &.16 ctuario:Aaronis tamen ſacratior erat unctio,
ornatus celebrior,& functio in Sanctis ſancto
rū.Licet & in eccleſiaſtica Ierarchia, eorū nō
obſcura ſit differentia, quandòquidē Sacerdo
tis munus eſt, CHRISTI corpus conficere,
& in altari illud frequenter offerre:Pontificis
uerò,præter id,eſt ſacerdotes inungere, eccle
ſiæ ſuperintendere,& ſacramenta omnia, di-
ſpenſare:Nihilòminus, cum CHRISTVM
ſuſpicimus, cuius umbram præferunt, legis
Acto. 14. Pontifices & Sacerdotes:In quo omnis Ponti
20. ficatus eſt abſolutus,& totum Sacerdotiū cō
1.Tim.5. ſumatum,in illo nullum patiuntur diſcrimē.
Titum.1. Quam ob rem & Apoſtolus, quemadmodū
Vt.c. 2.4 &.7. ſed non ſemel alibi,Epiſcopos & Sacerdotes con- *In Chriſto idem Pontificatus, & ſacerdotium*
Maximè. fundit,ità & in ea quæ ſcribitur ad Hebræos,
5.8. CHRISTVM modò Pontificem,modò Sa
cerdotem appellat,& utrunq; perindè ac ſi in

*Confundun tur aliquan do nomē Episcopi & sacerdotis* illo, hæc non sint distincta, pertractat. Quare & nobis non dabitur uicio, si institutum Pauli imitati, minusque hoc in sacramento, de uerbis solliciti, tentabimus mysterium hoc, quouis modo uocetur paucis aperire.

Et ut res ab institutione procedat, ordimur ab illa sponsione Patris, qua CHRISTI Sacerdotium, iureiurando sanxit, & nunquàm se reuocaturum astrinxit. Iurauit Dominus (testis est Dauid) & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. *Cur Deus, q nequit fallere, aliquādo iurat.* Quanquàm enim Deus est ueritas: quanquàm nequit fallere, aut quouis pacto mentiri: morem tamen gerens cōditionis humanæ, & attemperans sese, imbecillitati nostræ: sponsiones suas, non rarò iureiurando confirmat. Vt quandò pactus est cū Noemo, cum Abramo, cum Dauide, & alijs Patrū nostrorum, daturum se nobis. Nec per alium quidem, quippè qui superiorē non habet: sed *Cur Deus p semetipsum iuret.* per semetipsum iurat. Per memetipsum, inquit, iuraui: Et ī memetipso: Et Viuo ego, dicit Dominus. Nos autem (ut ait Apostolus) per Maiores iuramus: & maximè per Deum uiuum. Propterea Moses. Non iurabitis per Deos alienos, sed per nomen Domini Dei nostri. Et Dominus per Ieremiam. Iurabitis: Viuit Dominus: Sed in iudicio, iustitia, & ueritate Quo quidem pacto, siquis iurat non errat (iurauit enim, & nō semel Apostolus: iurauit

*Psal. 109 Ioā 3.7.8 Roma. 3. Num. 23. Titum. 1. Heb. 6. Psal. 88. Gene. 9. Gen. 22. Psal. 131. 2. Reg. 7. Luc. 1. Gene: 6. Esa. 45. Num. 14 Heb. 6. Exod. 23. Cap. 4.*

Rom. 1.9 et CHRISTVS, in quē error nō cadit) ſed ꝓ Iurare aliquando non
2. Cor. 1. batur. Laudabũtur.n.omnes, qui iurant in eo. ſolùm nō eſt
Ioan. 3 5. & alibi. Et licet ita ſit: meritò tamen non detrahi- erroneũ, ſed
Pſal 62. tur, cùm propter reuerentiam Dei, tùm pro- laude dignũ.
Pſal. 115. pter lapſum periurij, in quod non rarò eſſet impingere (qui natura ſumus mendaces, &
Eccleſ. 23. ad fallendum propenſi) à crebris iuramentis Cur Abſtinẽdum à crebris iuramẽtis.
cauendum. Iurationi (inquit Sapiens) non aſſueſcat os tuum: multi enim lapſus in illa. Et non multò poſt. Vir multùm iurans, replebitur iniquitate: & non recedet à domo eius
Matt. 5. plaga. Nec ꝙ CHRISTVS iuramentum uetat, prędictis obſiſtit: Quandòquidē et ſi quicquid eſt pręter, Eſt, & Non, à malo (ut inquit) Quo pacto intelligũtur uerba Chriſti, cum iuramentum prohibet.
eſt: & frequentius, non iurantis: ſed iuramentum extorquentis: quippè qui ſępe diffidit, & innatam hominis iniquitatem expauet: Poſt
Ioan. 3. quā tamen per CHRISTI ſpiritum renati ſumus, primumq; hominem, ſuis cum actib⁹ deteſtati: nil ſupereſſe debet, cur de proximis ſuſpicemur. Tales ergò admonens CHRI-
Ibidē. 17. STVS: quibus & cor unũ præcatur in Domino: quosq; mēbra ſui corporis fecit, & eo mu
1. Cor. 12 & 13. tuę dilectionis nexu uinciuit, ut toti in eò ſint,
Matt. 6. ut inuicē obſequantur: execrantes non ſolũ lites & diſſenſiones, ſed & propria non quęrentes, morē gerant aduerſarijs, ac benemereãtur
Heb. 6. de inimicis: oportunè iuramentum prohibet. Cūr iuramẽtum præſtetur.
Vt quod præſtatur ob malũ duntaxat aduerſarij: et (ut Apoſtolus dicit) ad dirimēdas lites.

Quæ res (planè quidem) aliud non protẽdit, quàm eam ipsam uitam, quam sua membra ducunt, fore siue omni dolo. Quippè quæ per inhabitantem Spiritum eius, qui fictum effugit disciplinæ, columbarum simplicitate donata, quæ candidæ sunt, & ueluti lacte lotæ, sine fuco, fraude, & circumuentione deguntq́. Et quemadmodum simplex est animus, candida mens: ita pura sint uerba, et sola, tum assertione, tum negatione contenta. Ergò non iusiurandũ à CHRISTO reijcitur, sed inter eius Discipulos, non necessarium demõstratur: tametsi exigentibus moribus filiorũ mundi, & multorum credentium imbecillitate, non mediocriter aliquando cedit, in gloriã Dei: & ob id sanctè (quemadmodum factum est ab Apostolo) à membris IESV CHRISTI præstetur: semper spiritu suggerente, et fratrum commodo expostulante.

*1. Pet. 2.* *Rom. 8.* *Sapien. 5.* *Matt. 10.*

*Mẽbra Christi candida et sine dolo.*

*Matt. 5.* *Iacob. 5.*

*Vndè iusiurandum aliquãdo necessarium, & præstandum à Christi fidelibus.*

*Rom. 11* *Philip. 1.* *1. Cor. 1.*

Et quanquã firmissimum est iuramentum Dei: Vt nihil tamen non moueat, & quouis pacto nostræ imbecillitati seccurat, Propheta subiecit: Et nõ pœnitebit eũ. Legimus quidem, & non semel, pœnituisse Deum: ut illud ad Noemum. Pœnitet me fecisse hominem. Et Samueli. Me pœnitet Saulem constituisse regem. Et per Ieremiam. Repentè loquar aduersus Gentẽ & Regnũ, ut eradicem, destruã, & disperdã: sed si pœnitẽtiã egerit à malo suo, agam & ego pœnitentiam ab eo malo, quod

*Psal. 109*

*Quo pacto Deũ aliquãdo peniteat.*

*Gen. 6.* *1. Reg. 15* *Cap. 8.* *&. 261.*

*Psal. 105.* facere cogitaui super eos. Et Dauid Pœnituit eum, secundũ multitudinẽ misericordię suę.

Vrùm (præter id ꝙ liquet, pœnitentiam Dei, non esse ueluti pœnitentia hominis, quẽ pœnitet ꝙ deliquit, eaq; de re, nõ rarò semetipsum discruciat: quãdòquidẽ Deus benẽ omnia facit, & peccare nõ potest: Rursumq; dolore nõ tangitur, aut quouis affectu, humano more mouetur: Triumphator in Israel non flectitur pœnitudine, nec sicut homo pœnitentiam agit) certiores nihilominus sumus ꝙ procul ab omni mutatione est. Ego (inquit) Dominus & non mutor. Et unus apostolorũ. Apud quem nõ est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Sed dum destruit quod prius statuit, aut non influit in quod solebat, uel punit quẽ tollerabat: illum per similitudinem dicimus pœnitere: quod planũ est, posse sine omni ipsius mutatione cõtingere. Quippè qui, statutis rebus, certis temporibus, & singulis suis periodis dispensatis: quemadmodũ successionẽ, ita & uariationẽ illis præscripsit: Vt exigentibus cursu huius sęculi, & natura inferioris mũdi: nulla res, diu in eodem statu persistat. Sed modo oportunũ sit serere, Modo sata colligere: Præstet nunc plantare, & postmodum plantata conuellere: Conducat nunc destruere, quod prius contulit ędificare: quemadmodum & Salomon scripsit.

*Qualis pœnitẽtia admittatur i Deo.* *1. Reg. 15.* *Malac. 3.* *Iac. 1.* *Eccle. 3.* *Mutatio non est in Deo, sed in rebus.* *Ibidem.*

Ergo adueniente termino prædifinitionis

Diuinæ:& si alternæ mutationes in rebus eue niunt, non propterea decretũ Dei à sua dispo sitione recedit:sed immutabile suæ uoluntatis prę́scriptũ,quod his medijs, singulis fines statuit,executioni mandatur. Quarè perspicua esse possunt Oracula prophetarũ:quæ tamet si, certa sub cõditione producta,reuocari posse uidentur,secus est tamẽ. Et pręter id,ꝙ gratis à se irreuocabili lege selectis, conditionẽ illam semper largitur,& suis pro flagitijs, perpetuò reprobatos, tandẽ sine illa dimittit, ut necesse sit, ambas partes ueritatem habere: haud difficilè erit agnoscere, ꝙ Deus optim⁹ maximus,nõ tàm rerum pręscius, q̃ euentuũ institutor,ac temporũ dispensator:si in ęlectorum frugẽ quos ità finxit,ut cõmodum sit,timorib⁹deijci, & pollicitationibus allici:quę sibi sunt certa,resoluta, & ab ęterno penitus de finita,nõ rarò per Vates sub cõditione denunciat:ut nunc timore acti, nunc spe erecti,suis obsecundẽt decretis:nullũ suę immutabilitati pręiudicium facit: Sed quod sanxit exequẽs, pios non parũ ad gratiarũ actiones inflãmat: dum uerba sua,organum salutis facta, ità nostræ imbecillitati contemperat,ut & suauius illã adurgeant, & frugalius electis proficiant.

*Oracula conditionata in scripturis.*

*Cur q̃ apud Deũ sunt definita, aliquando sub cõditione pronuncientur.*

Quòd si quandò loquitur absolutè,quem admodùm per Ionam Niniuitis,Et per Esaiã Regi Iudà:Adhuc quadraginta dies & Niniues subuertetur:Et Ezechiæ:Dispone domui

*Conditionales prophetiæ nõ semp sub conditione expressæ.*

*Cap. 3.* *Cap. 38.*

tuæ,quia morieris & nõ uiues,nec tamen exe quitur,quod comminatur: Conſtat ꝙ eò loci, Vel certa eſt ſubintellecta cõditio: Vt Regi, Niſi oraueris fleuerisq;: Et Niniuitis:Niſi reſi piſcamini,& pœnitentiã inſignẽ egeritis, quã in illorum frugem ſubticuit: Vel pronũciatũ quidem eſt,ex ſentẽtia Diuini iudicij,ſed lata iuxtà demerita propria,& curſum cauſarum inferiorũ, quibus ex Dei miſeratione poteſt obuiam iri: & non ex diffinitione diuinæ uoluntatis abſolutè, quæ non cogitur ad diſpoſitiones,quas ſtatuit in creaturis,et nullo modò inficiari contingit. Ergò ſi ſenſus quo dicta ſunt diſpenſetur,nulla aut Dei, aut Oraculorum eius ſequitur permutatio: ſed mira ſuæ uoluntatis,ſuęque prouidentiæ diſpoſitio, & executio. Sed uidendum eſt, quid iurauerit, quiduẽ nunquã ſe reuocaturum ſpoponderit.

*Sentẽtia diuini iudicij aliquando iuxtà demerita propria.*

Tu es Sacerdos in æternũ,ſecundùm ordinem Melchiſedech. Loquitur quidẽ ad filiũ, ſed hominem factum:quoniã ſacerdotẽ eſſe, munus eſt hominis: Et omnis Põtifex ex hominibus eſt aſſumptus. Nec modò hominem factũ ſed paſſum, & excitatũ à mortuis: imò & ſedentẽ ad dexterã Dei. Non ꝙ eòuſq; hęc illi diſtulerit patefacere: ſed quia eòuſq; hæc in illo diſtulit adimplere. Sicut enim frequenti ſcripturarũ tropo, tũc Deus dicitur aliquid ſcire,cũ illud quod ſcit executioni tradit:(modò cognoui ꝙ timeas Deum)ità & modò,hęc

*Heb. 5.* *Gen. 22.*

*Christus ſacerdos poſtquàm ſurrexit à mortuis.*

CHRISTVM post resurrectionem dictus est alloqui, quia post resurrectionem, quæ illi fuerat eloquutus, exequitur. Siquidem qui Psalmum illum diligenter expenderit, nil aliud q̃ quod post confessum CHRISTI, ad dexteram Dei, adimplendum fuerat, prænunciatum esse percipiet, sicut paucis commonstrare pergemus.

*Expenditur psal. Dixit Domin⁹ Domino meo.*

Dixit, inquit, Dominus. Nõ dixit Pater. Nõ ꝙ Patri non sit peculiarissimum dicere, cum uerbum à solo Patre procedat: sed quia loqui (de quo sermo) non est Notionale sed Essentiale: non est gignere, sed arcana detegere: quod non est Patri proprium, sed toti Trinitati cõmune. Ergo cõmodè, & uoce usus est ad nullam personarum restricta, & uerbo in numero singulari: Quoniam tametsi Pater Dominus, Filius Dominus, & Spiritus sanctus est Dominus: non sunt tamen tres Domini, sed unus est Dominus. Et licet ita sit: licet loqui de quo sermo, toti Trinitati conueniat: nõ tamen ibo inficias, quin & dicere, hoc modo acceptum, in Patrẽ per appropriationẽ (ut dicunt) peculiariter reducatur: queadmodum & illud reducebat CHRISTVS. Mea doctrina nõ est mea, sed Patris, qui misit me: Et quæ audiui à Patre, hæc loquor in mundo. Domino meo, Hoc est, Seruatore interprete, CHRISTO: qui insigniter dictus est Dominus Dauid. Non solum quia illi insigniter est

*Psal. 109*

*Loqui i Deo Essentiale et Notionale.*

*Loqui Essentiale appropriatur Patri.*

*Ioan. 7. 8.*

*Christus insigniter Do-*

*Psal. 88.*

Roma. 1. repromiſſus: ſed quia ex illius ſemine factus: minus Da
Acto. 13. & ab illo ſemper uiua fide poſſeſſus. uid.

Dixit, non poſt reſurrectionem reuelando, cum ab initio ſuæ conceptionis, reconditi in il
Colo. 2. lo ſint omnes Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei: ſed poſt reſurrectionem, magnificè exe-
Gene. 1. quendo. Nàm & Dei dicere, non rarò in ſcri- Dei dicere,
Pſal. 148 pturis eſt facere, & rem conſtitutã abſoluere. non rarò eſt
Mar. 16. *Sede à dextris meis*. Siquidem hiſtoria Euan- facere.
Luc. 24. gelij referente, quadrageſimo reſurrectionis
Acto. 1. die, ſe recepit in cœlum, & ſedet ad dexteram Dei. Nec ſecus quidem ac Rex in regio thro no, planè poſſeſsionẽ capiens eius prȩſtantiſsi
Luc. 19. mi Regni: quod è Tirannide ſathanæ uindi- Chriſt' quo-
cauit, & in ſortẽ longè meliorem, q̃ unq̃ fuiſ- modo ſedet
ſet, euhexit. Nec modò ut Rex in regio thro ad dexterã
no, ſed ut Iudex in ſupremo tribunali, ut Dei.
Pſal. 9. uniuerſum iudicet in æquitate. Quippè qui
Acto. 10. factus eſt à Deo Iudex uiuorum & mortuo-
Ioan. 5. rum: Et cui Pater (optimo iure) omne iudicium tradidit, & ſuæ libertati dimiſit. Præter id, ꝙ peracta redemptione mundi, & cõſuma tis incõmodis peregrinationis humanæ, iuſtũ erat illum à laboribus requieſcere: & omni ex parte, perpetua fœlicitate frui. Quod, & non inſolito ſcripturarũ tropo, Sedere, ſignificat. Ergò cũ dixit Dominus, *Sede*, perindè fuit ac dixerit: Regna, Iudica, Requieſce. Non qui
Pſal. 15. dem à ſiniſtris, ubi ſunt afflictiones & cru-
47. ces: Sed, *à dextris*, Vbi beatitudo & bonorum

Dextera Dei mis & præstantia. omnium Cornucopiæ. *A dextris*, inquam, *meis*, quandòquidẽ in Dextera mea est Maiestas & gloria, Virtus & iustitia, Potestas & mearum deliciarum præstantię & ubertates. Prouε.3. Heb.1. Psal.117. 72.

*Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Et si CHRISTVS accepto Regno, sedet in Throno: Et si redditurus omnibus ius, sedet pro Tribunali: Et si sedet in quiete & pulchritudine interminabilis pacis: Non desunt tamen hostes, nusq̃ non temptantes, si quo pacto illum exturbent. Et licet inimici CHRISTI sint Dęmones (Propterea quòd tametsi non solũ triumphauit de eis, sed et palàm cõfidenter traduxit: adusq; tamen diem iudicij, illis non nihil permittitur debaccari, & in dies, in sua peruersitate peruerti. Quos tandèm Domin⁹, postq̃ per CHRISTVM euacuauerit omnem Principatum, & Potestatẽ, & Virtutem, coniectos in profundiorem tartarum, ubi ignis qui nunq̃ extinguitur, illis paratus est ab initio, uti scabellũ subijciet pedibus CHRISTI: hoc est, itá sub illius potestate prosternet, ut nullus possit, quouis pacto mutire, Nihilòminus malim hoc loci peccatores intelligi, quemadmodũ & Apostolus inimicos intelligit, quinto capite ad Romanos. Et illos maximè qui reprobi sunt: quippè qui membra facti Antichristi, nõ possunt CHRISTO esse non hostes, nõ possunt esse non semper infesti, Qui tandèm (& si modò

Esa.32. Demones quo pacto redigendi sub pedib⁹ Christi. Col.2. Psal.17. 1.Cor.15. 2.Petr.2. Mar.9. Matt.25. Inimici christi peccatores, & maximè reprobi. Matt.13.

cum ſint zizania ab inimico homine ſata, per
miſsi ſunt creſcere) unà cum Principibus te-
Ephes. 4. nebrarum, & Spiritualibus nequitijs, nũc uer
&. 6. ſantibus in cœleſtibus, in faſciculis colligati:
igni ſunt tradendi perpetuo. Poteſt & intelli
gi de omnibus infidelibus, quoniã omnes quã
diu infideles ſunt, tandiu hoſtes CHRISTI
ſunt (Quippè qui Iudęis factus eſt ſcandalũ,
1. Cor 1. & Gentibus reputatus ſtultitia) Vt explice-
tur eòuſq; CHRISTI Regnum aliquã per-
turbationem admittere, quòuſq; ſingulis ad
illius fidem conuerſis, & ſub ipſius iugo ſua-
uiſsimè captiuatis: admiſſa gentium plenitu-
Rom. 11. dine, & ſaluatis qui ſaluandi ſuperſunt ex
Ioan. 10. Iſrael, fiat unum Ouile, & unus Paſtor.

*Infideles quãdiu infideles, Chriſti ſunt inimici.*

*Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: Dominare in medio inimicorum tuorum.* Virga ro-
boris CHRISTI, Euangelium eſt ſacroſan-
Roma. 1. ctum: quod uirtus Dei eſt in ſalutem. Hanc
emittendam fuiſſe ex Sion, & prædixit Ora
Iſa. 2. culum (de Sion exhibit lex, & uerbum Do-
mini, de Hieruſalẽ) & probauit euentus, cũ
in Iudęa ceptum fuerit euangelizari, & indè
Acto. 13. ſelecti ſint Apoſtoli, qui Iudæis relictis, con-
uerterentur ad Gẽtes. Et ſi ſenſum proſequi-
mur de infidelibus: Euangeliũ ex Sion emit-
tendum eſſe prædicitur, nõ quidem abſolutè,
ſed ad tempus Diuina uoluntate taxatum:
Eò ꝙ cõſumata ex Gentibus electione, & Iu-
dæis ad ęmulationem pleniſsimè prouocatis,

*Virga uirtutis Dei, Euãgelium ſacroſanctum.*

illo locupletiſsimè reducendum erit: ſicut & Oracula tradunt. Vt hoc quidem pacto, medius inter illos dominetur CHRISTVS, (Regno ſibi ex ambobus pacatiſsimo cōſtituto, qui non ſolū illi erant infeſti, non ſolū Deo abominabiles, ſed & ad inuicē implacabiles hoſtes) nō ſecus ac lapis angularis, qui utrūq; cōnectit, imò in unū corpus mirificè cōſtituit & cōpaginat. Sicq;, terra uirga ſui oris percuſſa, hoc eſt, euangelio quòuis promulgato, & Spiritu labiorū ſuorū impijs undiq; intet fectis, hoc eſt, Spiritus ſancti uirtute, ab illorū cordibus, omni, cū infidelitate, tùm impietate depulſa: iuſtitia circà lumbos accingat̃ & fide: hoc eſt (ut & Caldęus Paraphraſtes exponit) omni circundetur ex parte, iuſtis ac fidelibus populis: incedēs medius inter eos, nō modò ut eorum Rex, ſed & ut eorū Deus, in ſęculum.

*Chriſtus medius inter utrunque populum.* Rom. 11. Eſa. 56. Ephes. 2. Eſa. 11. *Caldæus paraphraſtes.* 1. Cor. 6. Leui. 26.

Si uerò ſenſum proſequamur de Reprobis, & per hoc de membris impijſsimi Antichriſti: Virga roboris, efficacia eius eſt poteſtatis. Quā emittet, hoc eſt, ſtatuto tempore deſcendere Dominus faciet: Ex Sion, nō terrena, ſed cœleſti: cū ſcilicet reuelabitur, & pręſertim in nouiſsimo die, ira Dei de cęlo, ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominū. Quæ, & uirga dicta eſt ferrea: qua reprobi ſcilicet, non ſecus ac figulina uaſcula confringendi ſunt: ut confundantur tandē, & conuertantur retrorſùm, omnes, qui oderunt Sion. Vt & hoc

*Virga uirtūtis Dei, efficacia diuinæ poteſtatis.* Roma. 1. Pſal. 2. Pſal. 128.

& hoc pacto denique dominetur CHRISTVS, non solum in medio diligentiũ se: in quibus regnat ut Sol in medio stellarum cœli et ut cor in medio sui corporis mystici, omnibus lucem tribuens, omnibus uitam impartiens, ac thesauris gloriæ locupletans: sed & in medio odientiũ se, non secus ac triumphator inter captiuos, & uindex inter malè meritos. Vt non solum eorum nemo, omnibus illum dominantem non uideat, nemo (ob id) non iugiter irascatur, dentibus fremat & tabescat: contrectantes praua sua desideria esse frustrà, et omnes conatus inanes: sed ut eorum nemo meritissimas pœnas non soluat.

*Christus nõ eodem modo regnat ĩ medio amicorũ & inimicorum suorũ.*

*Psal. XII.*

Verũ & si inimicos placet intelligere Demones, Virga roboris, dici põt Crux CHRISTI, per quam uniuersorum imperium adeptus est. Hanc emittet Dominus ex superna Sion, quoniã hoc signum reuelabit in cœlo, cum ad iudicandum Dominus ueniet. Tunc quidem dominabitur CHHISTVS, non solum in cœlo & in terra, sed & sub terra: quoniam tunc plenè omne sibi genu flectetur, cęlestium, terrestriũ, & infernorũ. Imò, & maximè dominabitur Sathanæ, eiusq; satellitio: ut hoc pacto, inimicorũ uox, Emphasim habeat, & in illos dominandi modum & uim (ut in hostes scilicet) exprimat. Quandòquidem & si pulchrũ est hostibus imperare, longè tamen pulchrius est, cum illos inuitè nostrę uo-

*Etiã Crux Christi uirga est roboris eius.*

*Ioan. 12.*

*Matt. 24*

*Philip. 2.*

*Apoc. 5.*

*Christus maximè dominaturus est Sathanæ.*

luntati subijcimus, & trementes semper & horribili pauore turbatos, à nostris iussibus, nec unguem substinemus diuertere.

*Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ex utero antè Luciferum genui te.* Et si hic uersus longè aliter est in hebræo, solitam tamen ęditionẽ seruantes, bifariam illum intelligere possumus. Et primo (Principio) pro Principatu accepto (quod gręca uox substinet) Vt hoc pacto perspicuè moneamur, ꝙ etsi usq; in extremum diẽ, hostes penitus CHRISTO prostrati non sunt, id tamen ex defectu non prouenit sui principatus, sed ex diuina uoluntate, & mira illius dispensatione. Quandòquidem in die roboris CHRISTI, hoc est, in die resurrectionis eiꝰ, in quo uicit Leo de tribu Iudà, in quo alligauit fortem, & illius uasa ac trophea diripuit: et accepta omni potestate in cœlo & in terra, possessione totius orbis, iure optimo, est potitus: *Secum*, hoc est, penès illũ, factus est Principatus, Regimen, Iurisdictio omnium rerũ. Quippè qui illa die, cum euaserit, non solùm primogenitus Dei ex mortuis, sed et apparuerit non secùs ac primogenitus eius in mundo, undiq; spirans gratiæ & ueritatis: uerè Deo renatus est, uerè illi dicere potuit, hodie genui te, sicut & in actis Apostolus dicit. Progressus quidẽ, *ex utero*, sed nõ summi Patris, qui memoria foccũda dictus est à Theologis: quo

*Tractat hic uersus iuxtà æditionẽ solitam.*

*Principium pro principatu.*

*Dies resurrectionis Christi dies est roboris eius.*

Apoc. 5. Luc. 11.

Colo. 1.

*Christus in die resurrectionis, uerè Deo renatꝰ.*

Psal. 2. Cap. 13

Scot. niam ex illo natus eſt antè ſecula: nec Virginis glorioſę, quoniam ex illo natus eſt puer, & Luc. 2. pannis inuolutus, poſitus eſt in præſepio: ſed ex utero terræ, communis omnium matris, cùm ex illo in regeneratione prodituri ſimus & nos. Vbi fuerat tribus diebus & tribus no- Matt. 12. Luc. 11. ctibus, ſicut & Ionas in uentre Ceti. In quē & intrauerat quandò ad inferna loca deſcendit, ut noſtram conſumāret ſalutem.

*Vter⁹ terræ, cōmunis omniū matris.*

Ex hoc inquàm, utero, CHRISTVS ſolutis inferni doloribus, quib⁹ impoſsibile fuit Acto. 2. illum retineri: *in ſplendoribus ſanctorum*, genitus eſt: hoc eſt, in gloria & ſplendore, nō ſolùm pro ſe, ſed & pro omnibus Sanctis: quoniam in gloria & ſplendore Sancti ſanctorū: quoniā in gloria & ſplendore Primogeniti inter Sanctos, & per hoc in gloria & ſplendore per illum cōmunicādis omnibus fratribus ſan Ioan. 1. ctis. Sicut enim natus ex Virgine factus eſt plenus gratia, ut ex illa in hac uita recipiam⁹ omnes nos, ita & in reſurrectione renatus eſt plenus gloria et ſplendore, ut ex illis in futura fulgeant omnes ęlecti. Quod uerò, *antè luciferum*, additū eſt: Si ad tempus reſurrectionis refertur, cū diluculo excitatus ſit, uerè antè lu Luc. 24. ciferum, hoc eſt, antè Solis ortū, qui diei indu Pſal. 107 biè lucē affert, regenitus eſt. Si uerò ad reſurgentis ſplendorē, antè luciferum, genitus eſt, quia longè illuſtrior Sole, longeq; illo rutilan- Malac. 4. tior exort⁹ eſt. Et præter id ꝙ eſt Sol iuſtitię,

*Chriſtus renatus in gloria ac ſplendore, Sancti Sanctorum.*

*Quo pacto in reſurrectione, antè luciferū renatus eſt Chriſtus.*

cum iusti debeant eius in Regno refulgere ut Sol, meritò CHRISTVS, refulgebit plusq̃ Sol. Et hoc quidem pacto, particula, antè, non præsefert præcessionem in tempore, sed pręcessionem in dignitate, quemadmodum et eò loci. Qui post me uenit, antè me factus est. Matt. 13. Ioan. 1.

*Principium pro initio.*

Secundo, audito (Principio) pro initio. Vt percipiamus ꝙ etsi differenda est plena subiectio rerum omniũ CHRISTO, usq; ad diẽ iudicij, interim tamen, potiri nõ desinit, plena subiectione multorum, cũ aliorum, tùm ad illius regnũ potissimè pertinentium: cùm potiatur primitijs sui augustissimi Principatus. Siquidem in die resurrectionis CHRISTI, (qui dies eius est roboris: quoniam & si crucifixus est ex infirmitate, surrexit tamẽ ex uirtute: quo & die genitus est, ex utero antè luciferum, in splendoribus sanctorũ, quemadmodum & declarauimus) Cùm omnia moderari ceperit, uerbo suę potestatis, Secum fuit initium & primitię sui fęlicissimi regni. Non solũ quia multi Sanctorum surrexerunt cum illo, & regeniti penitus in splendoribus ipsius glorię, fuerunt glorificati cum eo: sed quia cepit tũc emisso Spiritu sancto de cœlo, & Apostolis uirtute indutis ex alto, non solùm mundum passím redarguere de peccato, iustitia, & iudicio, sed & innumeros populos ad se cõuertere: & donatis illis spiritu gratiæ & sanctitatis, in eis regnare in iustitia, pace, & gaudio 2. Cor. 13 Matt. 27 Acto. 2. Ioan. 16.

*In resurrectione Christus potitus est primitijs sui principatus.*

Rom. 14. in Spiritu sancto: constituens erigensq; sibi il lam gloriosam Sponsam, in qua nec macula
Ephes. 5. sit, nec ruga. Quæ & si multis, in hac palestra nunq̃ non est exercenda, nunq̃ tamen est expugnanda: aut à suauissimo, fœlicissimoq; illius imperio subducenda.

Verùm quia & textus Hebræus, lucẽ non mediocriter affert, ociosum forsàn non erit, quid nobis iuxtà illũ occurrit, paucis explicare. Sic enim habet ad uerbum. *Populus tuus uoluntatum, in die roboris tui, in splendoribus sanctitatis, ab utero auroræ, ros natiuitatis tuæ.* *Tractatur idem uersus, iuxtà ueritatem hebraã.* Dixerat quidẽ, quinam CHRISTO sunt subijciendi inuitè, Nempè eius hostes, & præsertim reprobi & mẽbra sathanæ: Nunc subdit, quinam, illi sint obsecuturi spontè, Nempè illius amici, & præsertim electi, & membra corporis sui. Et dicit. *Populus tuus*, tibi scilicet gratus, & à te dilectus, & in membra corporis tui ascriptus, Populus est, *uoluntatum*, hoc est: Tibi semper, ac maximè promptus, & ad omnẽ tuam uoluntatem, toto corde sem per propensus. *Electi sunt Christõ semper, et maxiˉmè prompti.* Non solũ quidem ut expleat totã legem, omne præceptum & mandatũ, nõ ignarus ꝙ siquis offendit in uno, iure fit om-
Iac. 2. niũ reus: Sed ut ambulet in omnibus uijs tuis, æmulando caput, & omnibus modis audien-
1. Cor. 6. do Apostolum: Per infamiam & bonam famam: Et per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, Dies roboris CHRISTI, tempus pro

mulgationis est Euangelij, quod uirtus Dei est in salutem: Et per hoc tempus est nedùm post resurrectionē & ascensionem eius, sed & post misionem Spiritus sancti: de quo & intelligi potest illud Apostoli, Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Cum enim euangelium auscultatum, & uiua fide receptū, in Dei filios prouheat, & ob id, ad ea, quæ filiorū sunt, semper impellat, consequens est, ut Deo ac CHRISTO, illos obsequētissimos faciat: quandòquidem & filiorum Dei est, nedùm in omnibus semper obedire Deo, sed CHRISTO: sicut membra proprio capiti: & sicut filij adoptionis, Primogenito naturali. Innuit & his uerbis quantū intersit inter promulgationem Legis, & Euangelij: quoniā illa lata, illius ui, nati sunt serui, non spontè Deo parentes, sed timore pœnę à transgresionibus abstinentes: hoc detecto, illius ui nati sunt filij, qui prorsus spontanei, stimulis charitatis, nunq̃ nō gestiunt, eius uoluntatibus obtemperare.

*Roma. 1.* *Dies roboris Christi.* *Rom. 13.* *1. Petr. 1.* *1. Cor. 4.* *Iac. 1.* *Discrimē promulgationis Legis, et Euāgely.* *Roma. 8.* *Galat. 4.* *Roma. 8.* *Ibidem.*

Quod uerò subditur, *in splendoribus sanctitatis, ab utero auroræ, ros natiuitatis tuæ*, redditio uidetur causæ: Cur scilicet, in die roboris CHRISTI, ex fide auditi Euangelij, natus est populus uoluntatū, & obsequentissimus Deo, et CHRISTO. Et est, quia ros natiuitatis CHRISTI, hoc est, cœlestis benedictionis ubertas (in rore cœli desuper, erit benedictio tua) quā pro illis assecutus est in na-

*Cūr Euangelio prædicato post resurrectionē Christi natus sit populus uoluntatum.* *Gene. 27.*

tiuitate, qua natus eſt, *ab utero*, Non Dei, non uirginis, ſed, *auroræ*, hoc eſt, qua primo-
Colo. 1. genitus eſt factus ex mortuis:uirtute recepti euangelij deſcendit ſuper eos: Non ſolùm ad *Quãta ubertate Dei benedictio deſcẽdat, ſuper illos qui credunt, poſt reſurrectionem Christi.*
illos iuſtificandũ(nàm & reſurrexit propter
Roma. 4. iuſtificationem noſtram)ſed ſplẽdoribus ſuæ ſanctitatis,maximè illuſtrandum. Vt non ſolùm amplius non ſint tenebris peccatorũ obſcuri,ſed operibus ſanctis præclari,ut & glori
Matt. 5. Luc. 1. ficetur Pater per eos, qui in cœlis eſt:inceden tes in omnibus mandatis eius, ſine quęrela:ac ſe & ſuis perpetuo cõſecratis Deo,& CHRI-
1. Cor. 5. STO, ultrà ſibi non uiuant:ſed illi qui eos ſecum reſuſcitauit à mortuis, & in omnibus uo luntatibus ſuis addixit.

Poteſt & hic locus aliter introduci: Vt per ſpontaneum & obſequẽtiſsimum populum, Apoſtolos intelligamus: quemadmodùm & aliorum plures intelligunt. Cui rei & Hiero- *Apoſtoli non ſolũ populus ſpontaneus, ſed credentium Duces.*
Hierony. nymus fauet, qui hic interpoſuit(Duces)Populi tui(uertens)Duces Spontanei. Siquidẽ conſtat Apoſtolos euangelizando non ſolùm duxiſſe multos ad CHRISTVM, ſed & illi non paucos conſecraſſe, quemadmodũ Apo-
Rom. 15. Hiere. 5. Pſal. 28. Eſa. 61. Luc. 12. ſtolus fecit. Propter quod non ſolùm ſunt ap pellati Paſtores & Arietes gregis, ſed & Sacerdotes ſancti. Sunt planè Apoſtoli populus CHRISTI, tametſi numero paruus(Nolite timere puſillus grex)Sunt & Duces ſpontanei,pręſertim(in die roboris eius)hoc eſt:in

dic emiſsionis Spiritus ſancti: Quandò non ſolũ uirtute induti ſunt ex alto, ſed & Spiritũ ſanctum acceperunt ad robur: Vt planè tunc confirmatæ fuerint columnæ cœli, & conſolidatæ baſes eccleſię: nunq̃ dimouendæ à fundamentali lapide CHRISTO IESV: Non ſolũ, ultrà non reformidantes ancillas: nõ Phariſæos: non Concilia, nõ Tribunalia: Sed prorſus contemnentes qui occidunt corpus: perindè ac ſtrenuiſsimi Duces, imò non ſecus ac exercitus fortis & potens: Vt non malè aliqui fuerint interpretati, Non in die roboris tui: Sed, Cum copias emiſeris tuas. Et quemadmodum apud Ezechielẽ, Spiritus à quatuor mũdi plagis inuocatus, excitauit interfectos, & factus eſt exercitus ualidus: ita Spiritu ſancto ſuper Apoſtolos CHRISTI profuſo: qui ob Iudeorum metum erant recluſi, pauidi, & ſemimortui: caſtra Dei euaſerunt fortiſsima, ad deſtruendas munitiones ſathanæ, infatuanda conſilia mundi, & demoliendam omnẽ altitudinem, extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei: & redigendum in captiuitatem omnem intellectum in obſequium CHRISTI.

*Pſal. 74. Galat. 2. Matt. 10. Can. 6. Cap. 37. Gene. 32. 2. Cor. 10*

*Apoſtoli per ſpiritum ſanctum non ſolum redditi ſunt Duces ſtrenui, ſed exercitus fortis.*

Quod uerò ſequitur, *In ſplendoribus ſanctitatis*, Siue iungatur pręmiſsis, ſiue copuletur ſequẽtibus, admonet (ut uidetur) Apoſtolos, homines non duxiſſe ad CHRISTVM, in ui armorum, aut ingenio & aſtu humano, ſed in luce ſanctitatis uitæ & doctrinæ:

*Apoſtoli quibus armis homines conduxerunt ad Chriſtum.*

Philip. 2. Quibus splendebant uti luminaria in mũdo,
2. Pet. 1. & uelut lucernę in caliginoso loco. Nec quidẽ mirum cum Ros natiuitatis CHRISTI: hoc est: Euãgelicum uerbum, nõ solum illis sit cre ditum, & uelut aliorum Ducibus, omni cum plenitudine delegatum, sed nõ secus ac ros, su per illos profusum: idq; non modo ad refrige rium, fœcunditatẽ, & fructum: sed ad splẽdo-
Esa. 26. rẽ & lucẽ. Nã & euangelicus sermo, non solũ
2. Cor. 4. in scripturis dictus est ros, sed & ros lucis: Ni mirum quia Deus, qui de tenebris dixit lucẽ splendescere, per euãgelium illuxit in eorum cordibus ad illuminationem gloriæ Dei: Et si
Vbi supra. ca. 3. ministratio mortis, literis deformata in lapidi bus, fuit in gloria: ita ut nõ possent filij Israel, intẽdere in faciem Moisi, propter charitatem uultus eius, quæ euacuatur: quãtò magis mini stratio iustitiæ, per Spiritũ Dei scripta in cor dibus, quæ nũquam euacuatur, erit in gloria?
Matt. 5. Vndè & Apostoli dicti sunt lux mũdi, & om
Dan. 12. nes euãgelij sacrosancti ministri, qui erudiunt multos ad iustitiã, uti stellæ in per petuas ęter- nitates.

*Apostolis Euangeliũ nõ solum cũ plenitudine delegatum, sed uelut, ros super illos profusum.*

*Apostoli cur dicti lux mũdi & quasi stellæ oẽs uerbi ministri.*

Euangelicum (inquam) Verbum: Sed, & maximè, quo CHRISTI natiuitas (nõ quidem ab utero absolutè, sed aurorę, ex quo pro dijt, per resurrectionem à mortuis, quæ & di-
Lũc. 24. luculo facta est, & per illam, uerus Sol restitu
Psal. 107 tus est mundo) ẽnunciatur & omnibus, suscipienda cõstanti fide, proponitur. Quandòqui

*Pondus to-*

*tius Euangelij in resurrectione Xpi.*

dem in hoc totius Euangelij summa cõsistit, Paulo acclamante: q; si CHRISTVS non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides uestra. Ergò hoc ex loco, recipimus Apostolos CHRISTI, non solùm in splendoribus Spiritus sancti, illos in Penthecoste illustrantis de cœlo, insidentisque supèr illos in splendore ignis, & claros reddentis dono linguarum, & peritia omnium uocum: sed & alijs multis modis redditos fuisse illustres. Et pter id q; facti sunt Populus spontaneus, & Duces omnium strenui: prẹter id q; passim fulserunt miraculis & prodigijs: potissimùm splẽdidi facti sunt, uitæ sanctitate, & splendore doctrinæ. Quibus nil fuit efficacius ad debellandum mundum, & homines spontè subijciendum Deo.

*1. Cor. 15*

*Acto. 2*

*Apostoli multis modis illustres.*

Ergò cum his omnibus prẹnunciatis, mòx Vates adijciat, *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec*, perspicuum esse potest, q; sicut illa, post CHRISTI mortem & resurrectionem, imò & consessum ad dexteram Dei, executioni tradita sunt: ità et illius Sacerdotium (de quo modò sermo est) non nisi post mortem & resurrectionem, imò & ad Patris dexteram sessionem, potissimũ & absolutè, executioni commissum est. Quod planè animaduertens Apostolus, Lex inquit, sacerdotes constituit temporales, & infirmita-

*Concluditur ex premissis intentum et adinstitutũ properatur.*

*Hebr. 7.*

tem habentes: Sermo autem iurisiurandi, qui post legem est (Nàm Moses longè præcesserat Dauid, & non nisi absoluta lege est adimpletus) Dei filium constituit Sacerdotem ęternum, iàm consumatum, hoc est, redditum sua
Heb. 2. passione perfectum. Siquidem decebat eum per quem omnia, & propter quē omnia, qui & multos filios in gloriam adduxerat: Authórem salutis eorum per passionem cõsumare.
Heb. 4. Et quidem cum esset filius Dei didicit ex his, quæ passus est obedientiam: Et consumatus (per passionem & mortem) factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ: appellatus à Deo Pontifex secundùm ordinem Melchisedec.
Psal. 109

*Sacerdotiū iuxtà ritum melchisadec ad Christū post passionē pertinere testatur Apostolus.*

Verùm ut res sit magis perspicua, considerandum est, ꝙ quemadmodũ CHRISTVM passione & morte assecutum (quo ad executionem) credimus Principatũ totius ecclesiæ,
Ephes. 1. Apostolo admonente, ꝙ Deus suscitando illũ à mortuis, non solùm constituit eum ad dexteram suam in cęlestibus suprà omnem Principatum & Potestatem, suprà omnem Virtutem & Dominationẽ, et suprà omne Nomen quod nominatur non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius: Sed & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus implet: Et
Col. 1. alibi: Ipse caput est, totiꝰ ecclesię, qui est Prin

*Christus per mortem & passionem principatum adeptus est totius Ecclesiæ.*

cipiũ, Primogenitus ex mortuis: Quãdòqui dem etsi in Natiuitate (ut alias dictum est) cũ Puer nobis natus est, Principatus factus est su per humerum eius: quòusque tamen ecclesiã è faucibus Orci non eruit, & à Sathanæ tyrã nide nõ liberauit: possessionẽ huius Principa tus non habuit, nec munus Principis executus est: Vndè nec uenerat ministrari, & uolentibus se regem constituere, aufugit: docens abiturum prius sese in regionem longinquã ad accipiendum Regnum: & tãdem (in die. s. iudicij) se uti Rex reuersurum ad nos:

*Esa. 9.* *Matt. 2* *Ioan. 6.* *Luc. 19.*

*Christus nõ nisi per passionẽ & mortem amplexibus est potitus ecclesiæ*

Et quemadmodùm per eandem passionẽ & mortem amplexibus potitus est dilectissimę Sponsæ: quoniam etsi exiẽs ex utero Virginis, ut sponsus, exiuit de thalamo, Et Apostoli ab eo antè mortem collecti, filij dicti sunt sponsi: ut tamen illam sibi gloriosam redderet, & sponsam sine ruga et macula faceret necesse fuit, ut traderet semetipsum pro ea: imò ut illam sibi, re ipsa matrimonio iungeret, euaderentque duo in carnem unam, necesse fuit illam, ex latere eius in cruce dormientis refingi, osque fieri de illius osse, & carnem de illius carne, non minusquâm Eua ex latere Adæ ficta sit dormientis in horto, osque & caro, ex illius osse & carne confecta: imò & illud matrimonium in Prothoparentibus adumbratum, in CHRISTO, magnũ est redditum Sacramentum, ut ibidem Apostolus

*Psal. 18* *Matt. 9* *Ioan. 3.* *Ephes. 5* *Gen. 2.* *Cap. 5.*

subdit: Itâ & per eandem paſsionem & mor tem, executionem ſacerdotalis muneris eſt a-
Heb. 7. deptus. Decuit enim ut talis nobis eſſet Ponti fex, Sanctus, Innocens, Impollutus, Segregatus à peccatorib⁹, & celſior cęlis factus: ut morte in ipſo abſorta: ęterno, poſſet eò muneris fũgi, & in perpetuũ ſaluare populũ à peccatis.

*Chriſtus nõ niſi per paſſionẽ & mortem executionem ſacerdotalis muneris aſſequutus eſt.*

Sacerdotalis (inquam) muneris, Sed nõ iuxta ritum Leui, quandòquidem lege cruci affi-
Col. 1. xa, & è medio CHRISTI morte ſublata, affixum pariter et ſublatum, legis Sacerdotium eſt. (Nam cum ſacerdos cenſeatur os Domini, quippè quo populus eſt inſtruendus de lege, & non ſecus ac ſequeſter ſit inter illum &
Malac. 2. Deum, ut ſuis interuenientibus ſacrificijs, populus expiatus, legis pollicitationum ſit compos: neceſſe eſt, ut ſimul Lex currat & Sacerdotium: neceſſe ut lege translata uel abolita,
Heb. 7. ut & Sacerdotium pariter transferatur, uel deleatur) Ergò etſi regnante Moſe, regnauit Aaron, CHRISTI tamen Euangelio refulgente, Sacerdos alius ſuffectus eſt, qui nõ ſit iuxta mandatum legis carnalis, ſed ſecun-
Ibidem. dùm uirtutem uitæ indiſſolubilis: Non (inquam) iuxta ritum Leui, ſed iuxta ritum & ordinem Melchiſedec, quemadmodùm Ora-
Pſal. 109 culum admonet. Qui planè Melchiſedec, Etſi in multis aſsimilatus eſt filio Dei: quippè
Heb. 7. qui Rex interp̃tatur iuſtitię, & q̃a Rex Salẽ, Rex dicit̃ pacis, Sine p̃re, ſine m̃re, ſine genea-

*Sicut cruci Chriſti lex eſt affixa, ita & per illam leuiticũ ſacerdotiũ è ſublatum.*

*Sicut regnãte moſe regnauit Aarõ ita Euangelio refũlgẽte ſacerdos alius ſuffectus eſt*

*Et si Melchisedec in multis assimilatus est Christo, maximè tamen in sacerdotio illi assimilatus ẽ*

logia, nec initium nec finem uitæ habens (siquidem & in diebus CHRISTI, qui hæri & hodie, & nunc, & in sæculum: qui in cœlis est sine matre, & in terris est sine patre: cuius generatio etsi iuxtà carnem ab Euangelista describitur, iuxtà Diuinitatem tamen effari illam nullus hominum potest: iustitia orta est, & abundantia pacis) nihilòminus in sacerdotio illi persimilis maximè est. Non solũ propter excellentiam sacerdotij, quippè cui nedùm Aaronis sacerdotium cesſit, cum illi decimas soluerit in Abramo: sed & Abrami præstantia longè inferior apparuerit, (qui nõ modò Dei sacerdos est habitus, cum eo monente altare sępe erexerit & uictimas imolauerit, sed & insignes ab eo promisſiones acceperit) Quandòquidem illi Melchisedec benedixit, & ob id, cum sine controuersia, minor à maiore benedictionem accipiat, illo se maiorem ostendit: Sed (& potisſimùm) propter ritum & ordinem sacrificij: Nempè qui Panem & Vinum offerre solitus erat, quemadmodùm (Abramo à cede quattuor regum redeunte) pro agendis Deo gratijs obtulit.

Ibidẽ. 13

Matt. 1.
Luc. 3.
Esa. 53.
Psal. 71.

*Sacerdotiũ Melchisedec, nedum sacerdotiũ excesſit Aaronis, sed & præstãtiã Abrami.*

Heb. 7.

Gen. 12. 13. & 22.
Ibidẽ. 14.

Heb. 7.

*In quo maximè sacerdotium Melchisedec, persimile est sacerdotio xp̃i*

Gene. 14

Et quanquàm non desunt qui mentiantur Melchisedec non obtulisse Deo panem & uinum, sed Abramo eiusque uernaculis, ut refocillari possent, fingentes consuetum apud Hebræos, ut redeuntibus è prelio, parta uictoria, pararetur refectio à Principibus & Ma-

Iudic. 8. gnatis: Vndè & Gedeon (inquiunt) suis militibus, petijt á uiris Socoth, Date obsecro populo panes qui mecùm est, quia ualdè defecerūt, ut possimus persequi Zebeē & Salmanā, uictoria potitus, cōtrà Madiàn: Nihilòminus facile est commentum istud eludere, non modò ex sententia Patrum, sed ex ipsis Diuinis literis. Siquidem (scriptura teste) Vernaculi non solùm erant refocillati, sed & opimes ex hostiū spolijs redditi: Et uerba Mosis, quibus oblati panis & uini, rationem affert, commento euidēter obsistūt. Erat enim (inquit) Melchisedec Sacerdos Dei altissimi. Et subdit ꝙ benedixit Abramo, & gratias egit Deo, dixitque: Benedictus Deus Abram, quo protegente hostes in manibus eius dati sunt. Vbi cum nulla mentio sit refectionis, nulla mentio consuetudinis è prælio reuertentibus: sed ideò panem & uinum esse oblatum, quia Melchisedec erat Dei sacerdos, & ob id Abrā benedictum, & ob uictoriam gratias altissimo persolutas: Conspicere licet, & cæcis, quā commentitiè hæc introducta sint, tùm ad obscurādum Sacerdotium CHRISTI, tùm ad detrahendum Missæ, & Sacramento altaris, sicut facere, in suam ipsorum pernitiem, nituntur hæretici. Tametsi, siquis & Abramo socijsq; exhibitos non rejceret panes & exhibitum uinum, ut refocillari possent, ob id tamē non euinceret, & panem quòq; ac uinum nō

Aug. ps. 33. et 109. Cypri. 2. lib. epist. 3. Eusch. de euangel. dem. li. 5. cap. 3. Epipha. Cōtrà hæ re. lib. 2. cap. 55. Hiero ps. 109. Theoph. lib. ca. 5.

Hæreticorū commentum Quod tamē difficilè non est eludere.

Verba Mosis cur panē & uinum obtulit Melchisedec, commentum hæreticorum excludunt.

exhibita Deo, ut illi debitas gratias ageret: cum nec longè foret à munere tanti regis uictoribus refectionem præstare, & debitum esset tam eximio sacerdoti, Deo solitum pro uictoria sacrificium incunctanter offerre.

*Cur sacrificium crucis à multis dicatur secundùm ordinẽ Melchisedec*

Et quãuis non ibo inficias, Oblatum in cruce sacrificium à multis dictum iuxta ordinẽ Melchisedec, eò ꝙ CHRISTI caro in illa oblata, uerè est cibus, & sanguis in ea profusus uerè est potus: Si tamen animaduertimus ritum Melchisedec fuisse offerre panẽ sub specie panis, & uinum sub specie uini: & non panem sub specie carnis, & uinũ sub forma cruoris: meminerimusque CHRISTVM post mortem uocatum à Deo Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedec: Non solum erit sibi facile suaderi, sed euinci: non nisi post mortem & resurrectionem, uerè illum & absolutè, iuxta illum ritum, sacerdotio fungi. Nam etsi in ultima cœna, non solum panem, suum in corpus conuertit, & uinum in propriũ sanguinem transubstãtiauit, sed uti Sacerdos iuxta ritum Melchisedec, Deo panem & uinum consecratum obtulit (Vt non modò Patrum constantissima sentẽtia est, sed & scripturarũ authoritate deductũ: eò ꝙ Sanguis tunc consecratus, Seruatore teste, sanguis fuit noui testamenti, & ob id sanguis nõ siue imolatione: nõ minus quã sanguis ueteris testamenti, quẽ constat ꝙ sine imolatione: non erat: Et cum

*Ioan. 6.*

*Verè, ritu' attento Melchisedec, nõ nisi post mortem, iuxtà illius ordinem sacerdotio functus est Christus.*

*Christus in cœna sacrificauit, offerẽdo consecratum panem & uinum.*

*Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Heb. 9. Exod. 24*

mandarit

mandarit Apostolos ut facerent, quod factũ plane ab illo conspexerant: & ob id nedum suum consecrare corpus & sanguinem, sed cõsecrare non sine imolatione: cùm mandarit cõsecrare corpus pro nobis datum & fractũ: & consecrare sanguinẽ pro multorum salute profusum) Satis constat ꝙ in cęna sacrificium fecit Pręter id ꝙ Ecclesia sacrosancta, quę columna & basis est catholicæ ueritatis, credens illis ex uerbis (hoc facite in meam cõmemorationem) initiatos Apostolos sacerdotio: qđ; non modò fieri sine oblatione, non posse, nos docet: sed & ipsa Sacerdotes initians, & illorũ uerborum (hoc facite) uim & robur expendens, ab initio & usq; nunc: & ob id, non sine Apostolica traditione, illorũ loco, his suo iudicio, ęquiualẽtibus: (Accipite potestatẽ offerrẽ di sacrificiũ in ecclesia Dei) semper est usa.

*Luc. 22. 1. Cor. 11* — *Christus in cœna qđ mãdarit discipulis.* — *1. Tim. 3.* — *Luc. 22. 1. Cor. 11.* — *Quibus uerbis Apostoli initiati sint sacerdotio, et quẽ sensũ Ecclesia ex illis uerbis accipiat.*

Licet (inquã) ita sit: Siquis tamẽ attendit ꝙ et aliàs CHRISTVS adhuc passibilis et mortalis, Diuina dispẽsatione, discipulis, in ea gloriæ forma, quam habet in dextera patris, ostẽdit sese, ut constantiores redderentur in fide, & tollerãtiores præssurarũ uitæ præsentis: Nõ detrectabit (ni fallor) etiam Diuina dispẽsatione, illum (præsertim cum mòx transiturus erat ad Patrem, imò cum iàm quodam pacto transierat, eo attestante: Et iam non sum in mundo, & ego ad te uenio) Melchisedecchico sacerdotio functum: ad initiandũ quidem,

*Matt. 17.* — *Qua ratiõe, i cœna Christus, & quo pacto quasi praueniendo usus sit ritu Melchisedec.* — *Ioan. 17.*

iuxtà hunc ritum Apoſtolos: & uerbo & facto inſtruendum de modo & ordine offerendi, tàm auguſtiſsimi ſacrificiј: tametſi huius muneris executio abſolutè, propriaq; CHRISTO ſit, ſedēti in dextera Dei. Vndè & Apoſtolus, poſtquàm dixit in calce ſeptimi ad Hebræos, q Sermo iuriſiurandi, Dei filium ęternum conſtituit ſacerdotem, iàm conſumatū, & redditū paſsione & morte perfectū, in initio octaui inferendo ſubiunxit. Habemus ergò Pōtificem, qui ſedet in dextera ſedis magnitudinis in cęlis: Sanctorū liturgos, & tabernaculi, quod fixit Deus & non homo.

*Expendūtur uerba Apoſtoli, quæ planè pro ueritate conuincūt*

Quo in loco, cum perſpicuè ſermo ſit de ſacerdotio iureiurando conſtituto, & ob id iuxtà ritum Melchiſedec ordinato: euidenter oſtenditur CHRISTVM, in dextera Patris, iuxtà ritum hunc agere miniſtrum ſacrum eccleſiæ Dei: ſuprà quam & Sacerdos magnus præpoſitus eſt, ut non multò poſt Apoſtolus docet. Et Triumphantis quidem dicendo, Sanctorum, liturgos (Siquidē qui ſunt in Patria cum ſint excellentiſsimè Sancti, hoc eſt, penitus mundi, firmi, & conſecrati Deo, non immeritò abſolutè, & ut ſic dicam, anthomaſicè, nuncupati ſunt Sancti) Horum ergò miniſter eſt ſacer, parando illis ac miniſtrando, iugem illam ac fœliciſsimam menſam, quam peracta nouiſsima cœna, legauit Apoſtolis; ut experti CHRISTI menſam in præſen-

*Cap. 8. Hebr. 9.*

*Quo pacto Chriſtus ſanctorum, qui ſunt in patria ſit liturgos, non recedens à ritu Melchiſedec.*

Luc. 22. ti peregrinatione,non ignorarent,& quæ illis propinanda forent in cœlesti patria: Et ego (inquit)Dispono uobis sicut disposuit mihi Pater meus Regnum,ut ædatis & bibatis sup mensam meam in Regno meo. Et quàmuis sine dubio ea in mensa distribuat suum corpus & sanguinem (Siquidem illa est permagnifica ac splendidissima cœna, in qua tauri
Matt.22. & altilia sunt occisa,& omnia parata)Et per modum quidem cibi & potus,prouocans illos
Cant.5. & dicens,Venite comedite amici,& inebriabini charissimi:Venite comedite panē meū
Proue. 9. & bibite uinum,quod miscui uobis (Nam & panem angelorum mãducabit homo:Et inebriabuntur ab ubertate domus Dei)Quo qui
Psal.77. & 35. dem pacto etsi penitus non receditur à ritu Melchisedec,non distribuitur tamen sub inuolucro sacramenti:quoniam non sub speciebus materialis panis & uini,cum in Patria,uię sacramenta locum non habeant:Sed alio longè suauiori & augustiori modo, quēadmodū & longè suauius & augustius, oblata,illa sup mensa,sūmūtur ac degustātur:cū nō sumātur ore corporeo,nec hauriant haustu uiuę fidei:sed ore spūali,et haustu fruitionis ęternæ.

*Et si Christus uiuus panis,& potus in patria distribuatur Sanctis,non tamen sub specie materialis panis et potus, sed longè augustiori modo.*

Militantis uerò,dicendo:Et tabernaculi qđ
Hebr.8. fixit Deus & non homo. Nam etsi ecclesia huius peregrinationis insigniter adumbrata sit in tabernaculo Mosi: tantò tamen est illo
Exod.26. 36. et 39. præstantior & excellentior: quantò illud.

*Ecclesia huius peregrinationis, uerè Tabernaculum fixũ à Deo.*

tametsi ordinatum à Deo, fuit tamen fabricatum ab homine (Inspice & fac iuxtà typum, quem uidisti in monte:) est factum ex lignis, tametsi selectis & praeciosis: est factũ nõ fixũ sed mobile, ut de loco transferri posset ad locũ: At praesentis peregrinationis Ecclesia, quę non umbraticum sed uerum est tabernaculũ Dei, non est facta ab homine, sed est facta à Deo: à quo & ita suprà petrã est praefixa, ut nullis turbinibus concuti posit: facta est non ex lignis, sed ex lapidibus uiuis, hoc est, hominibus uiua fide credentibus. In qua & nõ ministrat Aaron, sicut in tabernaculo Mosi: sed CHRISTVS. Nec ritu Leuitico, sed (ut dictum est) Melchisedecchico: quotidie instruẽdo mensam altaris, & impartiendo ac dispensando sub inuolucro specierum materialis panis & uini (sicut & praesentis status natura requirit) corpus & sanguinem suum, per ministros Ecclesiae: (per quos & illa etiam offert Deo Patri) ad ecclesiae suae salutem. Siquidẽ (ut subdit Apostolus) omnis Pontifex constituitur in hoc, ut offerat Deo dona & sacrificia. Vndè necesse est (inquit) ut hic aliquid habeat, quod offerre posit. Quod proculdubio est suum corpus, & sanguis. Non ꝙ illa offerat, modo cruento (quod semel fecit in cruce) sed incruento, quod fit quotidie in altari. Id uerò quod subdit: (Nã si esset super terrã) hoc est, si mortalem adhuc uitam duceret (iã

*Exod. 25.* *Act. 7.* *Psal. 142* *Zach. 12.* *Matt. 7.* *1. Pet. 2.*

*Christus per ministros Ecclesiae, quotidie offert corpus & sanguinẽ suum Deo & patri.*

*Leui. 16.* *Heb. 9.* *Heb. 8.*

*Christus si mortalẽ duce* *Ibidem.*

non esset Sacerdos: quod multis censetur obscurum, ex præmissa ueritate clarissimũ est. Si enim sacerdotium nactus est in dextera Dei, constat ꝙ eo fungi non debuit, dum hic ageret inter nos. Præter id ꝙ (ut sequitur) non defuissent qui iuxtà legem offerrent munera, quæ deseruiunt exemplari & umbrę cęlestium. Nam adhuc uiueret lex, & ob id uiueret & Sacerdotium legis. Ergò non defecissent umbræ, & ob id nec quæ deseruirent exemplatis à cœlo. Adde, Quòd & CHRISTVS uiuens apud nos, Sacerdos nõ foret iuxtà legem, cum non esset de tribu Leui, sed Iuda: de qua tribu nemo præsto fuit altari: nec secundùm ordinem Melchisedec; quoniam illo (ut dictum est) non fungitur, nisi post mortem, et in dextera Patris.

*ret uitã quo modo sacerdos nõ esset.*

*Heb. 7.*

Verùm etsi ex sacris literis hæc constantissima sunt, & nemini orthodoxorum maximè non probanda: Id tamen quod ex his manifestè consequitur (Missam scilicet esse sacrificium: Aut in celebratione Dominicæ cænæ, quæ quotidie fit in Ecclesia orthodoxa, offerri corpus & sanguinem CHRISTI) ab omnibus forsàn, non unanimiter acceptatur: Ideò puto rẽ ingratã non fecero, si quod (mea sententia) catholicè sentiẽdũ est, explicauero. Attẽdẽdũ est itaq; ꝙ etsi null⁹ detrectare põt, in Missa nõ modo simplex, sed & multiplex fieri sacrificiũ, cũ in ea, & sacrum annũcietur

*De augustissimo sacrificio Missæ.*

*In missa sacrificiũ multiplex.*

euangelium,cuius annunciatio Paulo ſacrificium eſt,ut in Epiſtola ad Romanos: Et ob tremenda illius myſteria mirum in modum exerceatur fides,quę ab eodem ſacrificium dicitur,ut in Epiſtola ad Philippenſes: Et multæ præces & laudes exſoluantur Deo,quæ ſacrificia dicta ſunt,in uarijs ſcripturarum locis: Et demùm CHRISTI corpus & ſanguis, mirificè in altaris Sacramento cõtenta,in gratiarum actionem Deo peculiariter offerãtur, quemadmodùm ad Corintios Apoſtolus docet (Calix benedictionis,cui benedicim', hoc eſt,ſacrificando Gratias agimus,nonne communicatio ſanguinis CHRISTI eſt? Et Dauid in Pſalmo: Quid retribuã Domino pro omnibus,quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam,& nomen Domini inuocabo: Et in Canone Miſſæ: Pro quibus tibi offerimus,uel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis) Vndè nec his Lutherani refragant:imò Miſſam Euchariſticum ſacrificium,conſtanter affirmant:Nihilòminus non omnibus cõfeſſum eſt,in Miſſa offerri ſacrificium ꝓ peccatis:Imò hoc à Lutheranis obſtinatè reijcit, & à Catholicis non uniformiter approbatur.

Cap. 15. Pſal. 49. & 140. Oſe. 14. 1. Cor. 10 Pſal. 115.

*Miſſam eſſe Euchariſticũ ſacrificiũ Lutherani cõcedunt,ſed ꝓpitiatoriũ pro peccatis obſtinatè reijciũt*

Pertinaciter à Lutheranis reijcitur,quia cũ unica (inquiunt) CHRISTI oblatione in cruce,exhauſta omnia ſint peccata,ut ſcribitur ad Hebræos,conſtat (ut ibidem notat Apoſtolus) ꝙ ultrà oblatio nõ remanet pro pec

Cap. 9. Cap. 10.

catis. Et cùm ſine ſanguinis effuſione remiſſio peccatorum nō fit (ut in eadem aſſeritur) fruſtrà in Miſſa, ubi etiam ne ſanguis effundatur, maxima interminatione cauetur, pro peccatis ſacrificium extorquetur. Ergò uel Apoſtolo eſt refragrandum, uel miſſam eſſe pro delendis peccatis ſacrificium, eſt penitus reijciendum. Non uniformiter à Catholicis approbatur, quoniam etſi omnes admittunt ſacrificiū eſſe pro peccatis, ſunt tamē qui peccatorū nomine, hoc in loco, nolunt accipere culpas, ſed ſolummodò pœnas. Et id ea potiſſimū ratione, quia ſi Miſſę ſacrificio ſuffragaretur culpis, neceſſariū (inquiūt) non erit pœnitentiæ ſacramentū: Et tamen ſcriptū eſt, Niſi pœnitentiā egeritis, omnes ſimul peribitis.

*Multorū catholicorū augustia.*

*Luc. 13.*

Verùm ſi Patres orthodoxos conſulimus, & uim oblati in Miſſa ſacrificij diligenter expendimus: ni fallor, Et ueritas, Et catholicæ eccleſiæ ſenſus, aliter habet: quandòquidem Illi docent & Eccleſiæ uſus confirmat, oblationem qua CHRISTI corpus & ſanguis in Miſſa Deo offertur, ſacrificium propitiatorium ac expiatorium eſſe pro peccatis, hoc eſt, pro culpis & non ſolùm pro pœnis. Si quidem Cyprianus in Sermone de cœna Dominica, hoc Miſſæ ſacrificium holocauſtum aſſerit pro ex purgandis criminibus noſtris: Alexander primus, Sacrificium pro ingentibus delictis & peccatis: Auguſtinus oblatio-

*Miſſam eſſe ſacrificiū propitiatoriū ac expiatorium pro peccatis hoc eſt, pro culpes et pœnis.*

*Cyprian'*

*Alexāder*

*Auguſti*

nem,qua brutali ſenſu exuimur: Et Damaſcenus uiuificatricẽ hoſtiam animarum noſtrarum. Adde Verba ſacerdotis ex inſtitutione eccleſiæ:pro innumerabilibus peccatis & negligentijs meis, Et in Canone Miſſę: Quam tibi offerimus, uel qui tibi offerunt, pro redemptione animarum ſuarum,pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ. Quid obſecro deſideratur apertius? Certè nemo(ſi non fallor)brutales ſenſus,crimina, ingentia peccata,negligentias, detorquebit ad pœnas: Nemo uiuificatricem hoſtiam interpretabitur niſi ratione culpæ,quæ & ſola animã necat.

*Damaſcenus lib. 4 Cap. 14.*

*Ponderanda ſunt tam clara uerba Sãctorum.*

Nec quidẽ immeritò Sacrificiũ affirmatur pro culpis,quãdò ut(Cyprianus & Criſoſtomus docent)eiuſdẽ eſt penitus efficaciæ, & eiuſdẽ prorſus uirtutis,eſt hoc ſacrificiũ Miſſæ,cũ ſacrificio,qđ patratũ fuit in cruce,quãdòquidẽ(ut probè Criſoſtomus aſſerit) illudmet,in ſemetipſo continet. Et uerè ſic eſt, qm̃ continet CHRISTI corpus pro nobis datũ,& fractum: Et illuſmet ſanguinẽ,pro multis in peccatorũ remiſsionem effuſum,ut perſpicuè ex formis cõſecrationis habetur. Siquidem in forma ſanguinis, apud nos, habetur: Qui pro uobis & pro multis in remiſsionem peccatorum effunditur:& in forma corporis apud grecos: Quod pro uobis datur & frangitur, Et conſtat(catholica atteſtãte eccleſia) formas ſacramẽtorũ id efficaciter facere, qđ

*Sacrificium miſſæ eiuſdẽ eſt uirtutis cum ſacrificio crucis,& qua ratione.*

*Cyp. i. ſer. de bapti. et manif. Tri. Chriſ. homi. 17. ad Hebræ.*

uerbis ipsarum exprimitur. Est, inquam, illudmet sacrificium, quod fuit in cruce, sed ex parte rei oblatę: tametsi nō iuxtà eundē essendi modum: cum in cruce, res oblata fuerit in esse naturali, uisibili, & omnibus manifesto: hic uerò in esse offeratur sacramentali, modo inuisibili, & mysterijs multis concluso. Quod tamen nec præstantiæ, nec uirtuti tàm augustissimi sacrificij preiudicium facit: cum & rerum modi (quemadmodū & scitè dicunt: eò maximè q rebus posteriores sunt) illarum uires & naturas, immutare nō possint. Non est idē ex parte oblationis, cum longè alia oblatione fuerit oblatum in cruce, ab ea qua offertur quotidie in altari. Quę res, cum nō pauca scitu digna contineat, accuratius excutienda est.

*Sacrificium Missæ idem quòd sacrificiū crucis ex parte rei oblatæ & non ex parte oblationis.*

*Scotus et Alij.*

Attendendum est itaq; q oblatio in cruce facta, cum ad genus (si dicere fas est) spiritualium pertineat oblationum, ueluti quo exhibemus (adhortante Paulo) corpora nostra, hostiam uiuentem, sanctam, beneplacentē, per carnis mortificationē, Deo: Vel quo uoluntariè offerimus nos passioni & morti, ut Martires faciebant, pro CHRISTO: ad genus spiritualis pertinet sacerdotij, & nō ad externi & uisibilis: Ad quod non quidem omnes, sed aliqui ex hominibus sunt assumpti, et pro hominibus constituti, ut offerant Deo uictimas & sacrificia. Vndè nec aliqua externa cæremonia, oblatio facta fuit in cruce, quemadmodū,

*Oblatio à Christo i cruce facta, ad genus pertinet spiritualium oblationum: Et ob id ad genus spūalis sacerdotij.*

*Rom. 12.*

*Heb. 5.*

externa,& nō simplici cæremonia,oblatio facta fuit in cœna. Dixi(si dicere fas est)propterea ꝙ me non fugit,oblationem à CHRISTO in cruce factam, opus tàm egregiū extitisse, imò tàm heroicum, & plusꝗ heroicū: ut meritò quoduis genus nostrarum actionū transcendat. Quandòquidē operi tàm arduo, ut magis arduum cogitari non posit, non solùm promptissima se uolūtate exposuit(oblatus est quia uoluit: Tunc dixi, Ecce uenio)sed ardētissima illi sese dilectione obiecit(Ego baptismo habeo baptizari, & coarctor donec perficiam illum)Et id quidem non pro hominibus bonis & iustis:pro quibus(iudicio Pauli)forsàn herôum aliquis, mortem oppetere posset: Sed pro hominibus malis & impijs: imò pro hostibus & suis capitalibus inimicis. Et id non modò ut eriperentur à morte,& reconciliarentur cum Deo: Sed & ut immensis locupletarētur thesauris,& cœlestibus obruerentur Cornucopijs. Ergò opus fuit,quod longè superat omne genus actionum nostrarū: Opus uerè(ut Apostolus dicit)per Spiritum sanctum factū:quoniā opus tàm longè superans humanas uires, ꝙ necessariam habuit assistentiam Spiritus sancti: Imò maximam illius copiam,impulsionem, cōmotionem,concitationem:& eius singularissimā operationē. Tametsi non reijcio uerbum Apostoli(Qui per Spiritū sanctū obtulit semetipsum Deo)

*Oblatio à Christo in cruce facta op⁹ fuit tàm insigne,ut esset plusquā heroicum.*

*Esa. 53. Heb. 10. Psal. 39. Luc. 12. Roma. 5. Ibidem.*

*Oblatio à Christo in cruce,quo pacto per Spiritum Sanctū fuerit, sicut docet Apostolus.*

*Heb. 10.*

etiam intelligi poſſe de CHRISTI uolunta
Matt. 26. te, cū uoluntas in ſcripturis, Spiritus nōnunq̄
Ibidem. appellata ſit (Spiritus quidē promptus eſt: Et
Cap. 5. Beati pauperes ſpiritu:) Quæ & ſancta eſt quia prorſus eſt, à terrenis affectibus munda, ergà Deum cōſtans, & firma, in omnibus diuinæ maieſtati addicta, & illi unicè conſecrata. Quæ tamen & in CHRISTO non ſolū, nō ſunt ſine aſsiſtentia Spiritus ſancti, ſed nec ſine plenitudine eius: Cui & ſine menſura da
Cap. 3. tus eſt, quemadmodùm & Ioannes teſtatur.

Oblatio autē quæ quotidiè fit in altari, ad genus pertinet ſenſibiliū actionum: Et ob id, ad genus externi uiſibiliſq; ſacerdotij, ad quod nō omnes ſumus uocati. Vndè & ſi fit per ſpiritum, hoc eſt per actum internum uolūtatis (quoniam requiritur ſemper offerentis inteutio) & ut eſt à CHRISTO, nunq̄ nō fit per ſpiritum ſanctitatis & ardentiſsimæ dilectionis: Non tamen ſemper ut eſt à miniſtris: ſed tantùm dum offertur à bonis, & membris CHRISTO, per charitatem coniunctis. Fit quòq; externis cum cæremonijs, quoniā cum ſenſibili acceptione panis in manibus, cum eleuatione oculorum ad cœlum, cum benedictione, gratiarum actione, et fractione: quemadmodum in cœna Dominus fecit, & faciendum ſuis miniſtris inſtituit. *Oblatio quæ quotidiè fit in altari ad genus pertinet ſenſibilium actionum, & ob id ad genus externi ſacerdotij.*

Amplius. Oblatio in cruce facta realiter fuit cruenta, quia cum reali effuſione ſangui- *Oblatio in cruce facta*

*extitit cruẽta realiter, sed quæ fit in altari est cruenta mysterio.*

nis. Non ꝙ CHRISTVS sibi manus iniecerit, aut semet cruci affixerit: sed quia non nisi, eo permittente, imò uolente, in illum iniectæ sunt manus, & à ministris est eius sanguis effusus. Oblatio quæ fit in altari, realiter nõ est cruenta, quia non realiter effunditur sanguis: sed est cruenta mysterio. Et mysterio, tùm re memorationis, & enunciationis cruentæ, hoc est, sanguinis effusi in cruce (hoc facite in meã cõmemorationem: Et mortem Domini annunciabitis donec ueniat) Tùm mysticę significationis & repręsentationis: quandòquidem eam ob rationem seorsùm corpus cõsecratur & sanguis, ut mysticè Domini mors significetur, & (ut fieri congruit) omnibus exprimatur. Quam tamen mysticam effusionem sanguinis, tanti existimarunt Patres, ut eam ob rem, in hoc præstantissimo Missæ sacrificio, CHRISTVM immolari tradiderint: ut Augustinus in libro sententiarum Prosperi: Et Chrisostomus in quapiã homilia de Encenijs.

*Luc. 22. 1. Cor. 11.*

*Christus imolatur in missa.*

*Oblatio in cruce, facta est semel, certa die, & loco, sed quæ fit i altari repetitur quotidie passim & in omni loco...*

Item. Oblatio in cruce facta, facta est semel: quoniam quemadmodùm alijs, ita & CHRISTO statutum est (ut inquit Apostolus) semel mori: Et CHRISTVS resurgẽs ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur: Facta est certa die, quoniam facta est quintadecima Luna (Siquidẽ quando celebrabatur Pascha, Pascha nostrum immolatus est CHRISTVS) Facta est certo loco,

*Heb. 9. Roma. 6. Exo. 12. 1. Cor. 5. Heb. 13. Matt. 27.*

quoniam extrà castra passus est, & in eo qui dicitur Caluariæ locus. Oblatio quæ fit in altari, repetitur quotidiè: Propter quod dicta
Cap. 8. est sacrificium iuge, oraculo Danielis: Celebratur pasim & ubique; propter quod dicta est sacrificium mundum quod in omni loco
Cap. 1. fit, uaticinio Malachiæ.

**Oblatio in cruce facta est pro peccatis totius mũdi, Sed quæ fit in altari, solũ fit pro peccatis fidelium.**

Oblatio in cruce facta (quo ad sufficientiam) facta est pro peccatis totius mundi (Ipse enim propitiatio est pro peccatis nostris
1. Ioan. 2. nec modò pro nostris, sed & pro totius mundi) Et constat ꝙ propitiatorem Deus illum fe
Roma. 3. cit per fidem in sanguine eius, ut Apostolus dicit: Licet quo ad efficaciam, in hoc profecerit solùm fidelibus: quorum exhausit peccata,
Cap. 9. ut scribitur ad Hebræos. Vndè & si CHRISTVS Saluator est omnium, maximè tamen
1. Thi. 4. fidelium, ut alibi docet. Oblatio quæ fit in altari, solũ fit pro peccatis fidelium, quemadmodum & Missæ Canon ostendit: Nec (ut Augustinus inquit) in ecclesia offertur corpus CHRISTI, nisi pro his, qui membra sunt CHRISTI. Vndè & sexta feria maioris hebdomadæ, quando recolitur pasio Seruatoris, & si in Missa quæ tunc celebratur, pro infidelibus præces funduntur: in illa tamen, altaris sacrificium non offertur, quemadmodum nec CHRISTI corpus consecratur.

**Oblatio in cruce à Chri**

Demum Oblatio in cruce facta, á CHRI-

*sto facta est per seipsum: Sed quæ in altari, fit à Christo per ministros Ecclesiæ.*

STO facta est per seipsum (Ego, inquit, sanctifico meipsum: Et Paulus: Tradidit semetipsum pro peccatis nostris) Propter quod fuit infiniti meriti, & infinitæ uirtutis, sicut & aliæ actiones eius, quas fecit in præsenti uita: & propter infinitatem personæ: & propter infinitatem gratiæ & charitatis, quæ erant in eo, et in statu, in quo per semet, & in persona propria mereri ualebat. Vndè & se extendit ad omnes nedùm præsentes, sed præteritos, & futuros (Siquidem ea una oblatione, in æternũ consumauit, qui sanctificantur, ut Apostolus dicit) Oblatio quæ fit in altari, & si quidẽ fiat à CHRISTO, fit tamẽ ab eo, per ministros ecclesiæ: quos scilicet in hoc opus ministerij euocauit, et ritè ad id honoris assumpsit. Quare & si oblatio hæc, ut exit à CHRISTO infinitatem habet, & apud Deũ maximę, imò infinitæ est acceptationis & benedictionis: Quippè quæ ab illo est infinito supposito, & unicè dilectissimo filio, in quo nunq̃ non sibi, & benè, et infinitè complacuit: Vt tamen progreditur à ministris ecclesiæ, & si quandòq; suis demeritis Deo non mediocriter displicet, cum illi malorum ministrantium, incensum sit abominatio, & odiat obseruantias Sabbati & Neomenię: Vt tamen ex illis proficiscitur in persona ecclesiæ, magnæ semper apud illum habetur præstantiæ & acceptationis: & si non supremæ, uel infinitæ. Propter quod

*Ioan. 17.* *Heb. 10.* *Matt. 3.* *Esa. 1.*

*Oblatio quæ fit in altari & si ut exit à Christo infinitatem habet, non tamen ut exit à ministris Ecclesiæ.*

ſicut eccleſia quantũuis iuſta & ſancta, dùm hoc uerſatur in ſtadio, nunq̃ non petit, ut iu-
Apoc. 22. ſtificetur & ſanctificetur adhuc, iuxtà uerbũ Euangeliſtæ: & quilibet qui in ea ſanctus & iuſtus eſt, nunq̃ non nititur, ut fiat magis ſanctus & iuſtus: Ità licet non dubitet ſuam oblationem fore Deo ratham, acceptam, & benedictam: non temerè tamen petit, ut apud illum ſit ratha, accepta, & benedicta quemadmodùm habetur in Canone. Et quoniam certiſsima eſt, quòd nihil per CHRISTVM Deo oblatum, non eſt maximè gratum & acceptum: per illum orat ut hæc ſua oblatio in conſpectum eius aſcendat. Qui ſicut non de-

*Cur petit ecclesia ut oblatio quæ fit in altari ſit Deo ratha, accepta et benedicta.*

Iſa. 9. Apoc. 8. dignatur eſſe pro nobis ille magni cõſilij Angelus, per quem (ut legimus in Apocalipſi) aſcendit fumus aromatum, hoc eſt, orationes noſtræ coràm Deo, ità dignetur eſſe huius oblationis noſtræ portitor corám illo: ut per eum cumulatiſsimam benedictionem recipiat. Propter quod dicit in Canone. Iube hæc perferri per manum ſancti Angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectum Diuinæ Maieſtatis tuæ.

*Chriſtus ille Angelus de quo mentio eſt in canone.*

Et quanq̃ ità eſt, quanq̃ CHRISTVS hoc ſacrificium offerat per miniſtros, qui & offerunt in perſona eccleſię: Nihilòminus ſi quis attendit CHRISTVM nedùm eccleſiæ eſſe Liturgũ ſed Caput, & ob id, & influere, & operari in omnibus ſuis membris: imò &

*Mēbra Christi nō solum operātur per eum, sed in persona eius.*

tam intimè habitare in singulis, ut singula nō solùm operentur per eum, sed ueluti in persona eius: ut sicut Apostolus donat in persona CHRISTI, ita & quilibet capiti CHRISTO coniunctus, in illius persona multa opera faciat: facilè deducere poterit, q non solùm oblatio progrediens à ministro in persona Ecclesiæ progreditur in uirtute CHRISTI, qui operatur in membris: sed & progreditur à ministro, ut in persona eius: Non minus q̄ cum baptizat (quoniā CHRISTVS est qui baptizat) aut cum consecrat (quoniam dicit, hoc est corpus meum, quod constat non dici in persona propria, sed in persona CHRISTI) Et ob id necesse est ut miram habeat efficaciam, imò & quodammodo infinitam. *1. Cor. 2.* *Matt. 3.*

*Oblatio ministri in persona Ecclesiæ nō modo ab illo progreditur in uirtute christi, sed & ut in persona eius.*

*Quo pacto et ratione oblatio quæ fit in altari innumeris quodāmodo sufficere poßit, & innumeris pariter applicari.*

Ergò necesse est ut una oblatio, hac sub consideratione accepta (etiam si Minister nō fuerit acceptus Deo) innumeris quodammodo sufficere poßsit: Tametsi nulli proficiat, nisi fidē & deuotionem habeat. Quibus & iuxtà intentionem CHRISTI peculiariter applicatur, non secus ac sacrificium, quod peractum fuit in cruce. Applicatur & intentione ecclesiæ, & ministri particularis: Sed semper iuxtà fidē & deuotionē, fructus illos sequitur, prò quibus & in Canone præces funduntur, sacerdote dicente: Et omnium circunastantiū, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio.

Ergò (ut paucis rem absoluam) fatendum constan-

constantissimè est augustissimum hoc sacrificium Missę, ità sacrificium esse pro peccatis: ut non solùm per illum suffragetur pœnis, sed culpis. Et ex parte rei oblatę, dubitari non potest, nisi dubitetur de sacrificio crucis: cum non solùm eiusdem sit efficacię, sed illud in seipso contineat. Ex parte uerò oblationis, si capitur prout exit à CHRISTO, etiam nemini refragari licet, nisi refragetur alijs actionibus eius: si ut progreditur à ministro, & quidèm in persona CHRISTI, pariter dubitandum non est: in persona quòque Ecclesiæ suffragari etiam non mediocriter potest, imò & ut fit in persona ministri particularis: præsertim si sit in gratia & dilectione Dei.

*Summa, quomodo sacrificium Missæ constantissimè sacrificiũ sit pro peccatis, nõ modo ex parte rei oblatæ sed ex parte oblationis.*

Nec obstat quod de unica CHISTI oblatione inducunt hæretici: quòdque non relinquitur hostia pro peccatis: Quoniam ibi sermo est de oblatione CHRISTI in cruce, qua exhausta sunt (ut dictum est) fidelium peccata: quę & realiter est cruenta, & iterari non potest. Hec autem quę fit in altari, realiter non est cruenta, & iteratur qualibet die, et ob id illi repugnare nõ potest: presertim quia instituta non est, propter illius insufficientiã, sed propter diuinę gratię exuberantiam. Nec enim quæ Deus per CHRISTVM instituit, minus sunt existimanda, si humano sensu, uideantur superflua: sed magis suspicienda, quò magis sũt liberalia. Suficiebat quidem redem

*Diluũtur hæreticorũ obiecta.*

*Oblatio quæ fit in altari non est instituta propter defectũ oblationis in cruce, sed propter exube-*

*pantiã liberalitatis Diuina.* ptioni mũdi;guttula sanguinis CHRISTI, & tamen placuit totum effundi. Sufficiebat CHRISTI passio & satisfactio in persona propria infinitis mundis: & tamen uoluit ut patiatur & satisfaciat, etiam in persona ecclesiæ: imò in singulis membrorũ suorum. Sufficiebat ad constituendum exuberantissimũ infinitumque indulgentiarum Thesaurum uel minima passionum CHRISTI: & tamẽ non modò in illo placuit omnes suas pœnalitates includi: sed & multorum Martirum & Sanctorum, ut sacrosancta definiuit Ecclesia. Nec modò id cedit in exuberantiã gratiæ, ac munificentiam Dei: sed, & in nostram maximam frugẽ: quippè qui magis urgemur præsentibus q̃ remotis. Dico itaq; ꝙ etsi oblatio crucis plusq̃ sufficiẽtissima in suo genere est: nihilòminus & oblatio Missæ, ex diuina institutione, necessaria est, & propter liberalitatem Dei, & propter commodum electorum suorum. Propter quod & illa est suscipienda, & hæc non est deserenda. Imò hęc illius beneficium nobis agglutinatius reddit, & exuberantius illius fructum percipere facit.

*Hæc sunt diligenter notanda, quoniã ad multa deseruiũt.*

*Cur et si oblatio crucis est sufficientissima, altaris oblatio est nihilominus necessaria.*

Quod autẽ de effusione sanguinis, ad peccatorũ remissionẽ obījciunt, minus præmissis obsistit: Propterea ꝙ nemo est qui nõ probet sine CHRISTI morte (Deo sic disponente) peccata nobis remitti non posse: quippè qui peccata nostra pertulit in corpore suo super 1. Petr. 2.

lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus: cuius & liuore sanati sumus. Vndè & si sine cruento crucis sacrificio, Missæ sacrificiũ suffragari nõ posset, nõ frustrà tamen dicitur institutum: cum uirtutẽ eius contineat, & nobis semper prę́sentaneum, magisq; locuples reddat. Quanq̃ & dici potest, q̄ esto, sine sanguinis effusione remissio peccatorũ non fiat, nõ propterea sacrificium Missæ, sacrificiũ negabitur pro peccatis: quoniã & si in illo, realiter sanguis nõ funditur, funditur tamẽ mysterio: & quidem tam eximio ut à Patribus CHRISTVS immolari dicatur: quod ad uerba Pauli, forsàn sufficere potest.

*Sine cruento crucis sacrificio, sacrificiũ altaris peccatis suffragare nõ posset.*

*Etiam missæ sacrificiũ (si quis rectè intelligat) sine sanguinis effusione non fit.*

Et quoniã uerum uero consentit, fieri non ualet, ut hæc catholica ueritas catholicã ueritatem oppugnet. Ergò impossibile est, ut pęnitentiæ necessitati refragret, imò ad pęnitentiam maximè cõfert. Cum enim pœnitentia, si uera pœnitentia est, donũ sit Dei, ab illo planè impetranda est. Et si orationibus impetratur, quantò magis Missę augustissimo sacrificio? Ergò cũ offertur pro culpis, ideò offertur ut Deus dignetur largiri pœnitentiã his, qui in peccatis sunt, ut resipiscant, & liberentur à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. Non rectè igitur opinantur, qui putant hinc pœnitentię necessitatẽ excludi: Et temerè imaginãtur qui credunt actuales culpas, sine pœnitentia, sacrificio isto dimitti, aut quouis alio ope-

2.Thi. 2.

*Missæ sacrificiũ ad impetrandã pœnitentiã maximè cõfert.*

*Nõ rectè opinant qui cõcesso missæ sacrificio pro peccatis putant pœni-*

*tētia necesi tatē excludi* re bono. Et quanq̃ pœnitentiā impetrare, & per hoc, culparum ueniā obtinere, conuenire posſit multis bonis operibus: ut orationibus, ieiunijs, eleemosinis: nullo tamē efficacius, nullo locupletius, quā hoc præstantisſimo sacrificio: Cū & in illo CHRISTI sanguis peculiariter cōsecretur & offeratur, in remiſsionē peccatorū, ut quilibet facilè pſuaderi potest. *Matt.26.*

*Resumitur de sacerdotio Christi.* Et ut de CHRISTI sacerdotio prosequamur, Cū hactenus dictum sit, eo de munere, quo sedens in dextera Patris, per ministros suos, in ecclesia fungitur, præsentis peregrinationis: iuxta ritum & ordinē Melchisedec: qđ ipsum constituit propriè sacerdotem, pertinetq; ad uiſibile ministeriū, & genus sensibilis sacerdotij: Superest ut de ipsius sacerdotio spirituali, quod (tametsi in ipso uelut ĩ capite est longè præstantius, quemadmodū & à Deo, suis præ participibus unctus est, longe locupletius) commune tamen facit omnibus suis membris: cum & Christiani omnes, eô muneris sint dignati, quia omnes spirituali sacerdotio insigniti, ut scriptura docet: (Vos genus electū, Regale sacerdotium, Gens sancta, Populus acquisitionis. Et fecisti nos Deo nostro, Regnum & Sacerdotes: Et quē accedentes lapidē uiuum, ab hominibus reprobatū, á Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquā lapides uiui superędificamini domus spiritualis, in sacerdotium sanctum) aliquid affe-

*Christus suū spirituale sacerdotiū, cōmune facit omnibus suis membris.* *Psal.44.* *1.Petr.2.* *Apoc.1.5.* *1.Petr.2.*

ramus. Et quãquã genus hoc sacerdotij sit spi-
*Ibidem.* rituale, & ad offerendum (ut Petrus subdit)
hostias spirituales, & acceptabiles Deo, per IE
SVM CHRISTVM: non opus est tamen, *Non opus est*
ut res p spirituales sacerdotes oblatæ, sint pror *ut res p spiri*
sus spirituales: imò & possunt, & frequenter, *tuales sacer-*
*Psal. 50.* esse corporeæ. Nam licet in sacrificio spiritus *dotes oblatæ*
*1. Cor. 14* contribulati, & contritionis cordis: Item: in sa *semper spiri*
crificio laudis psallentis spiritu, psallentis & *tuales res*
mente: res oblatæ dici possint spirituales: In *sint.*
*Heb. 13* sacrificio tamen beneficentiæ, & temporaliũ
communicationis: Rursum: Cum exhibem⁹
*Roma. 12* corpora nostra, hostiam uiuentem Deo: Cũ
ad imitationem CHRISTI, qui tradidit se-
*Ephes. 5.* metipsum pro nobis, hostiam & oblationem,
in odorem suauitatis: & nos pro fratribus in
sacrificium & oblationem, animas nostras ex-
ponimus: res oblatæ sunt magna ex parte cor
poreę. Quare spirituales dictæ sunt hostiæ, *Quo pacto*
non ex ratione rei oblatæ, sed ex interna spiri *intelligendũ*
tuali, hoc est, Spiritu sancto suggesta, & ab il- *sacerdotes*
lo sine omni extrinseca cęremonia, nobiscum *spũales, ho-*
cooperata oblatione, sunt Deo exhibitæ. Vn *stias offerre*
de & hostia oblata p nobis in cruce, quia ma- *Deo.*
xime per Spiritum sanctũ est oblata, hostia
*Heb. 10.* spiritualissima fuit, & ad spirituale CHRI- *Hostia i crũ*
STI sacerdotium pertinens. Ergò forte non *ce oblata, ho*
temere, satis superq; pręstitum arbitrabimur, *stia spiritua*
si hac de re paucis prælocuti, cum illis tãdem, *lissima fuit.*
enarrationem hanc absoluerimus.

*De spirituali sacerdotio Christi.*

Igitur cum umbram haberet lex futurorum bonorum, hoc est, spiritualiũ, quę & nos manent in patria, in qua benedicendi sumus in omni spirituali benedictione, et non ipsam imaginem rerum: quippè quę neminem ad perfectum adduxit, sed seruire fecit solùm in cibis, potibus, uarijs baptismatibus, & carnis iustitijs, usq; ad tẽpus correctionis impositis: necesse est, ut & sacerdotiũ legis carnale, umbram pręseferret futuri sacerdotij spiritualis. Ergò necesse ut carnale sacerdotiũ Aaronis, umbrã gereret spiritualis sacerdotij CHRISTI: non tantùm quia sicut ille erat summus Sacerdos & uelut caput omnium sacerdotũ legalium: ita & CHRISTVS summus est sacerdos & uerè caput omniũ spiritualium: aut quia sicut Aaronis unctio tãtæ exstitit copię, ut à capite dimanarit in barbã, & usq; in orã uestimenti: ità et unctio CHRISTI ad extremum usq; effunditur membrũ, ut nullũ spiritualis munere sacerdotij non cõsecretur: Sed quia pręcipuũ Aaronis sacrificium, quod planè sacrificiũ fuit expiationis, præsignauit maximè sacrificium quod ille fecit in cruce. Nã illud nos habem⁹ altare, hoc est, illo in CHRISTO uerè sacrificio subuenimur, de quo ẹdẽdi potestatẽ non habent, qui tabernaculo seruiunt: Quandòquidẽ in CHRISTO beneficium illud assequimur, quod in sacrificio illorum adumbratum est animalium: quorum

*Heb. 10. Ephes. 1. Heb. 7. & 9.*

*Sacerdotiũ legis carnale umbrã prætulit sacerdotij spũalis. Et carnale sacerdotiũ Aaronis spiritualis sacerdotij Christi.*

*Psal. 132.*

*Sacrificium expiationis, Maximè præfigurauit sacrificium crucis.*

*Heb. 13.*

sanguis per Pontificem ferebatur in sancta, & corpora cōburebantur extrà castra: quod
Levi. 16. proculdubio expiationis sacrificiū est. Quod quidem, mactatis uitulo hircoq;, pro Pontificis & populi ignorantijs, semel offerebatur in anno, septimo mense, & die decima mensis, Pontifice ingrediente in Sancta sanctorum: loto corpore, uestibus sanctis lineisq;, tunica scilicet, feminalibus, zona & Cydari, religiosè induto, & sanguine dictorum animalium secùm allato: ut ex timiamate facto suffito, utranq; Propitiatorij partem, uersus scilicet Occidentem & Orientem, digito septies, sanguine illo, conspergeret, & ita illum ab immunditia filiorum Israel, à præuaricationibus & eorum peccatis expiaret.

*Ordo & ritus expiatorij sacrificij.*

Siquidem & CHRISTVS in anno, non
Psal. 64. quem facit cursus corporalis solis: sed quem
Luc. 4. Deus cursui præstituit cœlestis gratiæ: In an-
Esa. 61. no benignitatis diuinæ, remissionis peccati,
& 63. retributionis iustitiæ, & perpetui Iubilei: In anno deniq; placabili & tempore accepto domino Deo nostro: Nec quidem à diebus antiquis (tam etsi munificentissimè eius manus, nunq̄ non fuerint plenæ dilectionis & gra-
Heb. 9. Ibidem 2 tiæ) Sed, ut inquit Paulus, in sęculi consuma-
& 7. & tione, hoc est, perfectione, quemadmodum
8. & 10. ea uoce uti solitus est: & ob id in septimo mē-
& 12. se, qui mensis perfectorum est fructuū, transferendorum in uiridariū cœli, (Nam etsi cum

*Quo pacto quæ gerebātur carnaliter in sacrificio expiationis, spiritualiter gesta sunt in sacrificio crucis.*

*Christus ingressus Sancta Sāctorū septimo mense.* tempus fructuū appropinquaret misit seruos *Matt. 28.* suos, Prophetas, & alios, ad cultores uineæ, cū tamen fructuum tempus adesset emisit unigenitum suum.) unde & Enoc translatus est in *Gene 5.* longè meliorem, imò in cælicam uitam, in se *Eccle. 44* *4. Reg. 2.* ptima generatione: & Elias, in eiusdem (si nō *Enoc translatus in septima generatione, sed Elias raptus in septima humanæ uitæ periodo.* falor) mysterij attestationem, in septima humanę uitæ periodo. (Siquidem cum Enoc septimus fuerit ab Adā, ut Moses scripsit, & Iu *Gen. 5. in* das recenset, septimā generationem cōstituit: *Epistola* & cum ad Eliam usque, sex uirorum ætates *sua.* intercesserint (Nam Adamus hanc uitā duxit usq; ad Methusalē: Methusalē usq; ad Sē: Sē usq; ad Iacob: Iacob usq; ad Amram: Amrā usque ad Abiam: Et hic usque ad Eliam prophetam) palam ꝙ Elias in septima humanæ uitæ periodo computabitur.) *Christus ingressus Sancta Sāctorū die decima septimi mensis.* Nec modo in septimo mēse, sed in die decima mēsis: quo tempore legem decalogi, per legem Spiritus uitę, nedum perficere, sed & decimis donorum & charismatum CHRISTI donati, possumus augustissimo expiationis eius sacrificio frui.

*Christus ingressus sancta sanctorū cœlestia à quibus exēpla sunt Sancta Sanctorum umbratica.* Siquidem (inquam) CHRISTVS, in anno, mense septimo, & mensis decima die, cum ingressurus esset quæ sunt uere Sancta sanctorum, à quibus, & utcunque, exemplata erant sanctorum sancta in tabernaculo Mosi: ipsum scilicet cœlum, sicut interpretatur Apostolus: In quo uerum est Propitiatorum, *Heb. 9.*

Heb. 4. hoc eſt, Thronus gratiæ & miſericordię Dei: uerè Archa teſtamenti, non ueteris, ſed noui: quod in longè melioribus promiſsionibus eſt ſancitum, hoc eſt, Theſaurus cœleſtis hæreditatis: in qua & tabulæ ſunt teſtamenti, nō Moſis, qui uti famulus erat in domo, & ob id, non poterat niſi in ſeruitutem regignere: nec (ut conſequitur) ad ueram hæreditatē, ſed ad certam ſeruorum mercedem, tametſi geſtantem non nullam umbram bonorum futurorū, tandem introducere: ſed CHRISTI, qui cum ſit filius, uelut Dominus eſt in domo: qui & poteſtatem tribuit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: & ob id, ut ſint diuinæ naturæ conſortes, & demū cœleſtis hæreditatis participes: In qua & Vrna mannæ, & Virga erat Aaronis: hoc eſt, tùm ſuauitas illius fœlicis conuiuij, ubi nō ſecus ac in manna omnes ſunt saporū ſuauitates, de quo & CHRISTVS diſpoſuit (ut dictum eſt) ęlectis ut ederent & biberent ſuper menſam ſuam in Regno ſuo: tùm abſoluta & ſacrata poteſtas, uerè regalis ſacerdotij, & uerè ſacerdotalis regni: de qua in Apocalipſi gloriantur Sancti: Feciſti nos Deo noſtro Regnum, & regnabimus ſuper terram: Ibi uerè ſunt Cherubini, non ſolum quia ibi degunt Angelicæ mentes, ſed quia ibi omnis eſt Scientię & Sapientię copia & plenitudo: quandòquidem omnes ibi locupletiſsimè ſunt edocti à Deo, qui nemini non

Marginal notes (left): Heb. 4. — Heb. 9. — Heb. 3. — Heb. 10. — Heb. 3. — Ioan. 1. — 2.Petr. 1. — 1.Petr. 1. — Sap. 16. — Luc. 22. — Ca. 1. & cap. 5. — Ioan. 6.

Marginal notes (right): Propitiatorium. — Tabulæ Teſtamenti. — Vrna māna — Virga Aaronis. — Cherubini.

tribuit affluenter, nulliq; improperat, ut Iacobus Apostolus scribit. *Iac. 1.*

*Christus ingressus Sancta Sāctorū cœlestia, non per sanguinē uitulinū uel hircinū, sed per sanguinem proprium.*

Hęc ergò Sancta, cum tandē ingressus est CHRISTVS in anno, & mense, & die prędictis, secum non uitulinum aut hircinū sanguinem tulit, quemadmodū ferebat, in sua Sancta Aaron, sed suum sanguinē proprium: non mactatis animalibus, sed immolato semet. Quippè quem probè non fugit, hircorum et taurorum sanguinē, etsi nonnihil coinquinatis ad emundationem carnis prodesse posse, uiuente lege, ex ordinatione Dei: ad expiationē tamē peccatorum & purgationē conscientiæ ab operibus mortuis, quicq̃ prodesse nō posse. *Heb. 9.*

*Nec pluries est ingressus sicut Aaron qui ingrediebatur singulis annis, sed ingressus est semel.*

Quæ & ingressus est: Non quidem pluries sicut Aaron qui introibat in sua, per singulos annos, oblatis hostijs, quę accedentes non poterant perfectos facere, aliàs cessasent illas offerre, eò ꝙ non haberent ultrà conscientiā peccatorum, cultores semel mūdati, sed semel: aliàs oportuisset eum frequenter pati ab origine mundi (nec illius modò, qui initiū habuit: ab incarnatione, cū lux hunc uenit in mundū, & dilexerūt homines tenebras magis q̃ lucē: sed & illius, qui initium habuit à creatione, cum dictum est, fiat lux & facta est lux: quoniam nō est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oportuerit aliquem saluum fieri) & tamen nunc tantùm semel apparuit ad destructionem peccati, per immolationem sui: *Ibidem.* *Ioan. 3.* *Gene. 1.* *Acto. 4.* *Heb. 9.*

*In aduentu Christi mundus alsꝰ exortus est.*

etiam in remiſsionem earum præuaricationum, quæ ſub priori exſtiterant Teſtamēto: Imò & earum, quæ fuerunt ab origine generalis mundi: propter quod & ab initio agnus, occiſus dicitur, ut Euangeliſta teſtatur. *Apoc. 13.*

Et ingreſſus eſt lotus, hoc eſt, mūdus, innocens, impollutus. Cū enim uitulus & hircus offerrentur pro Pontificis ac populi ignorantijs & peccatis: à quibus tamen uirtute illius immolationis emundari nō poterant: CHRISTVS noſtrā carnem indutus, quæ in primis Parentibus belluina effecta, & nedū laſciuienti ſtolidoq; uitulo, ſed & hirco ſordido ac fetido ſimilis reddita (nā homo cū in honore conditus eſſet, nō intellexit, comparatus eſt iumētis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis) illam ſemel pro noſtris & ſuis delictis, ut Apoſtolus dicit, immolauit: (non ꝙ ipſe peccatū fecerit, aut dolus in eius ore repertus fuerit: ſed quia & carnē peccatrici ſimilem habuit, & patris obedientia in ſe peccata noſtra recepit, & ea perindè ac ſua penitus reputauit) ut ab illis omnibus, & ſe & nos ſuo in ſanguine prorſus ablueret. Nec modò lotus, ſed ſanctis indumētis ueſtitus: quandòquidē eam glorioſam ſtolā accepit, quam & nonnullis ex Apoſtolis antè mortē, quandò ueſtimenta illius facta ſunt alba, uelut nix: & mulieribus poſt mortē, in die reſurrectionis, in Angelo albis induto, monſtrauit. Et ità ueſtitus ut & fœminalibus fue-

*Heb. 7. 9. Pſal. 48. Heb. 7. 1. Petr. 2. Roma. 8. Heb. 10. Pſal. 68. 1. Petr. 2. Matt. 17. Ioan. 20.*

*Chriſtus ingreſſus eſt ſancta cæleſtia lotus.*

*Chriſti immolatio quomodo fuit pro noſtris, & ſuis delictis, cum peccatū non fecerit.*

*Chriſtus ingreſſus eſt ſancta, ſanctis ueſtimētis indutus.*

rit carnem opertus:eò ꝙ etsi tunc absolutè factus est sponsus, & liberè est amplexibus ecclesię sacrosanctę potitus: Ipsa tamen illi desponsata nō est, nisi in castitate(despondi uos uni uiro, uirginem castam exhibere CHRISTO)Et linea Zona succintus,eò ꝙ sanctorū minister ingressus est,non ad abluendum pedes,sicut lintheo pręcintus est,in ultima cœna huius uitę,sed ad reficiendū animos,in perenni mensa uitę futurę. Scriptū est enim:Quòd præcinget se, & faciet illos discūbere:& transiens(planè in suis mēbris)de miseria ad fœlicitatē:uel trāsiens, hoc est, trāsire faciens,(sicut & Spiritus postulat, quia postulare nos facit)ab hac peregrinatione ad patriā, ministrabit illis. Siquidē per ipsum ingredientes(qui est uia eundi ad patrē: & uiam nobis initiauit in Sancta)& egrediētes(qui est ostiū, & ostiarius)planè ad munia & officia:cum in patria futuri nō simus inertes, sed uti diuersa mēbra in corpore, diuersis muneribus & officijs illustres:& ut partes benè institutę politię, uarijs functionibus insigniter mācipati:fœlicibꝰsemper pascuis perfruamur. Et demū Cydari caput opertus,quod insigne est perpetui Pōtificatus:quippè q ingressus est,ut noster sit perpetuus Pontifex,coram Deo,sicut Apostolus docet:ut & semper interpellet pro nobis:Et liturgos factus sanctorū,& tabernaculi quod fixit Deus & non homo,sit pro nobis Sacerdos

*Feminalia.* — *2. Cor. 11.* — *Linea Zona.* — *Ioan. 14.* — *Luc. 12.* — *Roma. 8.* — *Ioan. 10.* — *Sancti in patria nō erūt inertes sed diuersis muneribus et officijs deputati.* — *1. Cor. 12.* — *Rom. 12.* — *Ioan. 10.* — *Cydaris.* — *Heb. 7.* — *Rom. 8.* — *Heb. 8.*

in æternum secundum ordinē Melchisedec.

Ergò sic ingressus Sancta cœlestia, ut timiamate succenso corā Propitiatorio, hoc est prçcibus antè Deum, & tribunal miserationis & gratiæ, pro nobis effusis, qui nunq̄ nō intercedit pro nobis: Propitiatoriū septies, utraq; ex parte, sanguine illato respergit, ut illum ab omni macula purget. Nam etsi quæ in cœlestibus sunt, & sublimia, & à nostris sunt sordibus aliena, tamen sine CHRISTI sanguine, prorsus munda non sunt: cū per illū placuerit Deo, recapitulatis omnibus in CHRISTO, pacificare non solum quæ sunt in terris, sed et quæ in cœlis sunt: & longè melioribus hostĳs à suis imperfectionibus expiare, q̄ expiata sint, quæ à cœlestibus exemplata sunt, sicut Apostolus dicit. Potest & propitiatorĳ expiatio, rationū Diuinę iustitiæ, dilutionē ostendere, quibus sine CHRISTI sanguine, nōnulla uis uidebatur inferri, & per hoc nōnihil Diuina iustitia labefactari. Nam etsi Deus misericors est etsi illi propriū est misereri semper & parcere, imò etsi miserationes eius super omnia opera eius: illius tamen miseratio sine iustitiæ plenitudine esse nō debet, sed uniuersę uię eius misericordia & iustitia sunt. Ergò accedente Sanguine CHRSTI, nullus locus relinquitur calumniandi Tribunal gratię: cum illius morte tam exuberantissimè sit Diuinæ seueritati satisfactum, ut longè maior exstiterit recompensa q̄ culpa, & ultio in immēsum

*Timiama.*

*Vbi sup.*

*Aspersio, & expiatio propitiatorĳ.*

*Ephes. 1. Colo. 1.*

*Heb. 9.*

*Rursum de expiatione Propitiatorĳ.*

*Psal. 144*

*Psal. 24.*

*Expiatio cur ex utraque propitiatorij parte.*

excesserit omnem pęnā. Quod autem expiatio facta sit ex utràq; parte, fortè ꝙ denotare uoluit, expiationem factā in fauorē utriusq; populi, ex quibus una constat ecclesia. Et Hebræus, & quia occidentem uersus adorat, & quia occidente mundo est reuersurus ad Deū *Rom. 11.* nō incongruè occidentali parte notatur: Gentilis uerò, & quia uersus orientē pręces effundit, & quia quàm primū, euangelio refulgēte, illud recepit, illiusq; luce est illustratus, meritò per orientem exprę̄ssus est. Quòd demū septies aspersio facta sit, expiationē quidē perfectam ostendit, etsi per sanguinē CHRISTI, nō tamen sine interuētu Spiritu sancti: Cuius *Esa. 11.* nedū septem charismata sunt sacrosancta, sed cui & proprium, est digito, hoc est, acuta uirtute & potestate, CHRISTI sanguinem ad expiationem sordium, non solûm distillare in cordibus nostris, sed & corā Deo, illius passionem & mortem, in fauorē misericordiæ, & satisfactionem rigoris Diuinæ iustitiæ, ita præscribere: ut nunq̄ affluentissimè non misereatur nostri. Ergò cum tantū habeamus Ponti- *Heb. 4. 7.* ficem, qui non solū penetrauit cœlos, non solū per semetipsum accedit ad Deum, & semper interpellat pro nobis: sed et temptatū per omnia pro similitudine absq; peccato: cū fiducia *Ibidem. 4.* accedamus ad eum, & per ipsum ad thronum gratiæ Dei, ut misericordiā consequamur & *Heb. 4.* gratiā inueniamus, in auxilium oportunum. Cui sempiternus honor & gloria, Amen.

*Aspersio cur septies facta.*

*Et cur facta cum digito.*

# ENARRATIO AVGVSTISSIMI REGNI IESV CHRISTI Seruatoris nostri.

Ioan. 13. QVANQVAM CHRISTVS Domin⁹, omnia moderatur, quippè cui Pater cũcta dedit in manu: quiq; fa-
Heb. 1. Ephes. 1. Colo. 1. ctus est hęres uniuersorum, portans omnia uerbo suę potestatis: potissimũ tamen regit electorũ eccle-
Can. 7. siam. Quae tametsi simbolis diuersis describi-
Luc. 8. tur: ut Agro, in quo ferax est uerbũ Dei: Vi-
Esa. 5. Can. 1. 8. nea, cuius botri Cyprij in En gedì: Horto, in
Gene. 2. quo selectę omnis generis plantę: Domo, su-
Cã. 4. 5. 6 prà petram erecta: Templo, ex lapidibus ui-
Mat. 7. 16 uis: Hierusalem, descendente de cœlo: Ciui-
1. Cor. 6. 2. Cor. 6. tate suprà montem posita: Regnum tamen
Ephes. 2. prae omnibus est Typus augustior, & Oracu-
1. Petr. 1. lis longè celebrior.

*Et si Christus moderatur omnia, potissimũ tamen Electorũ Ecclesiã: quae typis diuersis exprimitur.*

*Regnum typus est Ecclesiae Electorũ augustior.*

Apoc. 11. Matt. 5. Verùm nõ quale est huius mundi, qui (ut
Apoc. 1. 5. Ioannes inquit) totus est malus. Non creatio-
1. Ioan. 5. ne, quoniã facta sunt omnia ualdè bona: Sed
Gene. 1. infectione, postq̃ peccatũ illum inuasit, & per
Roma. 5. peccatum mors, cum omni satellitio suo. Non (inquã) quale est huius mundi, quod aliud nõ est, q̃ peccati regnum, mortis, et perditionis: Quorum author, non Deus, sed Diabolus
Ioan. 8. est: Qui peccat non solùm ab initio, & (ut Seruator ait) in ueritate non stetit: sed peccatum

*Vndè mundus hic in maligno positus est.*

*Quale Regnum mundi huius, in scripturis sacris.*

*Non Deus, sed diabolus author peccati à quo omnia sunt infecta:*

homini persuasit, ut una pariter, apostatatus â Deo:& semet præcipitaret, & reliqua secũ inficeret: Vt nulla tandem sit inferior creatura, quæ renouatione non egeat, et ad illam iugiter non suspiret. *Gene. 2.* *Roma. 8.*

*Sathanas cuius mũdi sit princeps.*

Hanc ergo peccati colluuiem, scriptura mundi huius regnum, appellat:ut cum Sathanam mundi Principem facit, Deum huius seculi, & Rectorem tenebrarum harum. Nec ipsam modò colluuiem, sed & nõ paucas creaturas:nõ quidem absolutè, sed quatenus tabefactas: quandòquidem etsi peccatum naturã non destruit, sic tamen â statu primæ conditionis dimouet, ut minus creatorem referens, minusq; eius iussa perficiens, ad Tyrannidem sathanæ, qui pro uirili, aduersus est Deo, necesse est, quoquo modo pertineat. *Ioan. 12.* *2. Cor. 4.* *Ephes. 6.*

*Creatura quomodo p peccatũ infecta,*

Et quanq̃ hæc infectio creaturę in ultionẽ cedit præuaricationis humanæ: Propterea ꝙ creatura ultra nobis non facilè parit:imò non rarò contra nos seuit: & Dei iudicio, fit nobis plerunque in scandalum, laqueum, & ruinam: Sathanæ tamen maximè. Non solum quia natura, conditus tam præclarus, & cœlestium factus tam cupidus: ut nunquam non præsumat, nunquam tentet, illa non rapere: tametsi semper super terram repit, & puluere ac sordibus, quibus nil ęquè stomacatur, nunquàm non uescitur, & pectore super quod graditur, inquinatur: Sed quia hæc sibi *Sap. 14.* *Gene. 3.*

*Quo pacto infectio creaturæ, cedat cum in ultionem nostri, tum in ultionẽ Sathanæ.*

non transeunt, et pro his semper duriora formidat. Quippè qui certior factus, quòd adueniente consumatione mundi, ex tenebris, quibus modò, uti catenis uincitur, inferno igni, ad perpetuum & extremum cruciatum reseruatur.

1. Petr. 2.

Et quanquam ita est (eius sortis est ultio Dei) quemadmodum homo, eòusq; per peccatum factus est hebes, ut extremas has calamitates, perindè ac gloriosum regnum sæpe suspiciat: Ita sathanas eòusque est dementiæ traditus, ut Regẽ egregij huius mundi se iactet, & tàm spurcas sordes, ut præclaram Monarchiam defendat, foueat, augeat. & nunquã non in sordibus sordeat. Et quanquàm præstò, omni momento, omnibus adest: Non desunt tamen cuiuis uicariæ potestates, nunquã non prouocantes, furias illi iuratas: Concupiscentiam carnis: Concupiscẽtiam oculorum: Et superbiam uitæ: non absimiles his, quas urget in regno tartareo, ut nullibi non grassentur: Nihil non tentantes Omnia commiscentes, ut eius regnum promoueant.

*Mira hebetudo hominis, & insignis dementia Sathanæ*

1. Ioan. 2.

*Furiæ quæ iurauerunt Sathanæ.*

Non quale Regnum est temporale. Non quòd Deo regnum temporale displiceat, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnia iura regnorum: Per quem reges regnant, et legũ conditores iusta decernunt. Quin & per Apostolum iubet, ut omnis anima præcellenti potestati subiaceat: & non solum bonis

*Nõ displicet Deo Regnũ temporale.*

Prou. 8.
Rom. 13.
1. Petr. 2.

(ut inquit Petrus)& modeſtis, ſed etiam di
ſcolis: quandòquidem non eſt Poteſtas niſi Rom. 13.
à Deo:& qui Poteſtati reſiſtit, Dei ordinatio
ni reſiſtit. Et ad Thimotheum iubet, Vt fiãt
orationes, pro Regibus,& qui ſunt in dignita 1. Ca. 2.
te conſtituti, ut quietam & tranquillam uitã
agamus. Et ad Romanos, cenſet etiam tributũ Rom. 13.
Regi ſoluendũ. Et ſeruator, Reddite quę ſunt
Cæſaris, Cæſari. Quin & ipſe didragma per- Matt. 22.
ſoluit:& parentes uoluit(ut ædicto Cęſareo,
obediret) cũ reliquis ſuę cognationis deſcribi. Matt. 17.

*Orandum pro Regib', & omnibus in dignitate conſtitutis.*

Non diſplicent quidem Reges & Regna: Luc. 2.
non Politiæ: non Principatus, aut quoduis le-
giptimum Regimen: tametſi diſplicent do-
minandi libido, tyrannis, inuaſio, occupatio:
diſplicent doli, fraudes, uiolentiæ, rapinæ, de-
prædationes, ſtupra, cædes, profanationes, in-
cendia. Et ſi quandò illa permittit: aut hy-
pocritam è ſolio non depellit, id flagitium no
ſtrum extorquet. Quippè qui facti dictio- Iob. 34.
nis Sathanę, iniuſtum non eſt, ut ſimus alicui
ex eius membris ſubiecti.

*Cur permiſſa Tyrannides & inuaſiones.*

Non(inquam) ſimile eſt Regno tempora-
li: Tum quia ſępe ſunt male nata, inuaſa, ex-
torta: nec ſemper Regibus, regia eſt natura,
non ſemper probitas comes. Exemplo ſunt
Illæ præcipuæ Monarchiæ, Caldeorum, Per
ſarum, Græcorum, Romanorum: quarum
non latent initia, ſucceſſus, & fines. Et ne
plura commemorem, ſatis ſuperque eſt, ꝙ

*Chriſti Regnũ Cur nõ ſimile Temporali.*

non quidem temerè, quattuor feuissimis belluis, Oraculo describuntur, ut uno uerbo, naturas, mores, & acta depingeret: Ascendentibus (ut subdit) de mare: huius profectò sęculi, Turbidi & turgidi, Infidi & fluidi, Seui & inconstantis, Spumantis & furentis. Quod modò tumet ad Sydera, modò deijcitur usque ad Tartara: nunquàm spiritu Sathanæ nō inflatum, nunquàm diris monstris non refertum.

*Quattuor Monarchiæ cur belluis cō paratæ.*

Tùm quia Regnum CHRISTI, tametsi se extendit ad omnia, ut tamē de illo in præsentiarum est sermo, coarctatur ad animas: quandòquidem de illo loquimur, quod est intrà nos, sicut scriptum est: Intrà uos est regnum Dei: Et ut Apostolus dicit, Iustitia est, & pax & gaudium in Spiritu sancto. Et Petrus. Conuersi estis ad Pastorem, & Episcopum animarum uestrarum. Quod non est terrenum, non de hoc mundo natum, & ob id, de terrenis non loquitur, quemadmodùm omne quod de terra est: sed cœleste, de cœlo descendens. In diebus (inquit Daniel) ultimæ Monarchiæ, suscitabit Deus Regnum cęli. Quod non semel resumitur ab Euangelistis: ut in parabola de Thesauro, de Margaritis, de Fermēto, de grano Sinapis: & in qua non? Et propterea suaptè natura non est tèmporale, sed æternum. Thronus tuus (inquit Dauid) in sęculum sæculi: uirga æquitatis, uirga Regni tui. Et illud. Super solium Da-

*Luc. 17. Rom. 14. 1. Petr. 2. Ioan. 3. Cap. 2. Matt. 13. Psal. 44. Esa. 9.*

*Regnū Christi, de quo sermo, coarctatur ad animas.*

*Regnū Christi nō de hoc mūdo natū, sed de cælo descendens.*

*Christi Regnū suapte natura æternum.*

uid,& super regnum eius sedebit,ut corroboret illud in iudicio & iustitia,á modò & in sæculum. Et rursum. Regnabit in domo Iacob, in æternum, & regni eius non erit finis. Et Daniel. Regnum eius non dissipabitur, sed in perpetuum permanebit. *Luc. 1.* *Dan. 2.*

*Typus Regni Christi Petendus è cœlo.* Ergò si quod Regnum æmulãdum,ut hoc CHRISTI Regnum lineetur,necesse est, è supernis petatur: Ad angelos penetremus, & regnum ultrà cœlos proferamus. Quæ cum longè captum nostrum effugiant, & arcana sint,quæ non licet homini loqui: Cogimur tãdem de CHRISTI Regno absq; Regni simbolo,nostra pro imbecillitate aliquid attentare. Et ut rem penitius explicemus, ab re non fuerit,paucis originem illius attingere. *2. Cor. 12*

*Dei potentia infinita.* Quemadmodum itaque Deus optimus maximus, non solùm in exordio huius mundi,sed à diebus æternis,non tantum hanc rerum machinam,quam in dies nunquam satis suspicimus: sed & sexcentas alias, tum ampliores,tum ditiores,ualuit è nihilo, solo uerbo fabrefacere: quippè qui intra Thesauros nunquam exhauriendarum perfectionum, & copiarum cornua,diuitiarum suarum, tãetsi quæcunque concipi possunt,quæcunque concupisci,locupletissimè cumulat,& concludit,& in unam simplicissimam Deitatem; Purissimum,ac ter fœlicissimum Actum aggregat,traijcit,& concludit: Non fert tamen im- *Cornucopiæ perfectionis diuinæ:*

mensus suæ bonitatis Occeanus:ut nunquam *Occeanus immensus bonitatis Dei.*
Ephes.1. non gestiant,haud secus ac riuuli, è fonte perenni,scaturire,exundare,diffluere. Nihilòminus placuit eius liberrimæ uoluntati,cuius consilio(ut inquit Paulus)singula disponuntur:non solum eorum profluuium, infinitis sæculis remorari:sed & cum libuit, sic rerum seriem distribuere:ut & si, hoc in Vniuerso, nil deprehenditur temerè, nil offenditur frustrà,nil deficit quod desideretur:facta sunt tamen omnia,eo numero,pondere,& mensura, ut planè quidem periculo contrectetur, Illũ non cuncta præstitisse quæ ualuit, sed ea tantùm effecisse quæ uoluit. *Cur Deus mũdum ab æterno nõ fecit,& cur fecit tali ordine & dispositione.*
Sap. 11.

Ergò & hominem,haud disimili libertate placuit,eo opificio fingere tã insigniter exornare,ut nihil foret in mundi proscænio absolutius,nihil elegantius:Tametsi abusu concessæ libertatis,euaserit omnium monstrosior,et longè ab illa institutione dissonantior. *Homo quantum degenerauerit à prima institutione.* Placuit & hominum certum sibi coetum decernere:
Psal.73. pro quo & Dauid,potissimum(si non fallor) orabat,Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Quorum & numerus ex *Hominũ cœtus ab æterno delectus.*
Psal.146 tat apud se,quemadmodum ac numerus Stel-
Philip.4 larum cœli,& nomina tam ualidè in libro uitæ descripta,ut nullo sint casu delenda.

In quẽ & placuit fore eòusque profusum, ut satis non duxerit locupletandum cęlestib⁹ priuilegijs,obruendum innumeris beneficijs, *Profusio diuinæ libera-*

*litatis ergà electos.*

præferendum reliquis creaturis, & singulis in eius obsequium mancipandis: Nisi & peculium proprium faceret, delicias duceret, in certum sibi Regnum eueheret, & alijs non paucis titulis insigniret. *Exo. 19. Prove. 8.*

*Cur Deo nulla res träsit, sed omnia simul semper assistunt.*

Et quanquam Regnum hoc, nunquàm nō est Deo, totum simul ob oculos: quanquàm totum pariter ab æterno possessum (quandòquidem cum æternitatem habeat, & longè supra tempus existat, nil sibi transit: nulla res succedit: nullius euentum pręstolatur: sed simul adsunt omnia, semper ad uota, pręstò ad manus) quanquā totum simul, ualuit è puluere cum Prothoplaste confingere, aut quemadmodùm Angelos procreare: Placuit tamen non in quouis mundi decursu, sed in calce integrum cogi, atq; ex singulis orbis partibus cōgregari. Interim tamen certis temporibus nasci, & posteriores ex prioribus gigni, & ita suis spatijs, exactum numerum adimpleri. *Esa. 4*

*Regnū Dei in müdi calce cogendū, & ex omnibus müdi partibus congregandum.*

*Adamus forma & typus exactissimus Christi.*

Placuit et Primum hominem, in sui imaginem adeò eleuare, ut non modò, non paucas Dei perfectiones referret, non modò Trinitatis mysterium adumbraret: sed & uenturi CHRISTI, qui ipsissima imago Dei est, typum exactissimum gereret, miraque antithesi illum nobis exprimeret. Qua de re Placuit illum, non quidem prima, sed sexta mundi die, è terra plasmatum: nec summo mane, sed Sole (si non fallor) uergente ad *Roma. 5*

uesperam:nec primum opus,sed productis re ptilibus,iumentis,& feris: Placuit, inquam, præmisso quidem consilio, & prænunciato oraculo,Illum tùm spiritu uitæ perfusum, tũ in animam uiuentem erectum,ceu caput (nõ secus ac CHRISTI simulacrum)selecto sibi Regno pręficere:illumq; eius in lumbis,sua fę cundissima manu satũ,& in partes certis sibi notis distinctũ:ex ipso in dispensationem tẽ porum generari: Vt eo quidem pacto,curren te periodo huius mundi,Regem ageret,pręsi dendo,docendo,monendo, extimulando, & nihil obiti muneris(quod Regnum in Deum promouere poterat)obmittendo: nõ secus ac Pater in filios,& caput in membra. Vt tandẽ constante Regno propria integritate,& com pleta hoc in mũdo,illius peregrinatione:illud non tã Deo,quã CHRISTO illius singulari capiti,resignaret:Primas(si nõ fallor) habitu rus in eo,haud secus ac nobilissimum inter re liqua mẽbra,uel uti primus inter oẽs Ciues.

*Adam' quãdo,et quo pacto p ductus.*

*Faciamus hominem.*

*Dei Regnũ nõ solũ Adæ commissum, sed in illius lumbis diuina manu satum.*

*Quem locũ Adã habuisset i Regno, postquam illud resignasset Deo*

*Gene.2.*

Quam ob rem, non casu translatus est in Hortum uoluptatis: nec dictum temerè, ut coleret illum & custodiret. Non frustrà datum est,fructibus eius uesci, & ad libitum de liciari:dummodò uitam petat è ligno uitæ: & lignum ad sciendum, tùm bonum, tùm malum perindè ac mortem exhorreat. Non (inquam)casu, quandòquidem tametsi non inficior, hortum fuisse corporeum, & fortè

*Adã cur trãslatus in ortũ uoluptatis, & quæ Pręcepta accepit à Deo.*

repromissæ terræ uicinum:& si non detrecto arbores ueras, florentes,& fructibus grauidas: Non uereor tamen in Typum factum, crediti sibi Regni: in quo nunquàm non deliciatur Deus,& ad auram ambulat post meridiem.

*Etsi hort' uoluptatis corporeus, typ' tamen fuit Regni cælestis.*

*Gen. 3.*

Factum, inquam, in Typum, non secus ac Hortus, de quo non semel in Canticis, nec semel in Prophetis.

*Esa.*

Vbi Abietes & Platani: Cedri & Cupressi: Oliuę & Palmę: Nardus & Casia: Mirrha & Aloe: Balsamũ & Cinnamomũ: Mãdragorę & Mali punici: Vitis & Poma: Et id genus alia, Oraculis repetita. Crediderimq; admonitũ nõ minus, eius sacramẽti, q̃ Mosen ĩ ligneo tabernaculo,& Salomonẽ in tẽplo lapideo.

*Hiere. Ezech.*

*Non inscius Adam sacramenti terrestris paradisi.*

Ergò illi instituenda erat uita in Sapientia spiritus: quoniã lignũ uitę est Sapientia Dei, Et uita & pax, spiritus Prudẽtia est. Ergo execranda erat Sapientia carnis: quæ mors est,& inimicitia Deo, eiusque legi non parens. Ergò persistendum erat in uerbo: quod (ut scribitur) fons Sapientiæ est, quodque ab initio uita fuit,& uita quæ lux est hominum. Ergò abnegandum iudicium animale,& explodenda Sapientia huius sæculi.

*Prou. 13. Roma. 6. Ibidem. Eccle. 1. Ioan. 1.*

*Quid lignũ uitæ, et quid arbor ad sciẽdum bonũ, & malum.*

Et quanquam hæc uerissima sunt,& sacramenta detegunt satis insignia, Potest tamen sub eodem typo etiam cœlestis Paradisus depingi: Et lignum uitæ in medio constitutum, Seruatorem referre: qui uerbum est

*Etiam horti typo cœlestis Paradis' designata est.*

*Ioan. 1.*

1\. Cor. 1. Patris, & unica Sapientia Dei. Siquidem (ut mihi consentire uidetur) non fugit Adamum mysterium assumptionis humanæ, nec reuelanda gloria filiorum Dei. Non solũ quia elementa sunt fidei, qua (ut Augustinus docet) Prothoparens effulsit: Sed quia in imaginem (ut dictum est) factus est CHRISTI: Et illius ex latere uxor ædificata, typus (ut dicetur) ecclesiæ. Arbores quoq; & florentes & foetas, coelicas exprimere mentes: quas Ezechiel propheta, arborum pulcherrimarum typis adumbrat. His uesci licuit: quippè quę electorum obsequijs deputatæ, non poterant illis non esse proficuę. Arborem demũ ad sciendum bonum & malum, illum Angelum designare: quem ob splendorem, obq; pulcritudinem suæ naturæ, non iniuria, Luciferum uocant: in quibus (ut propheta tradit) reliquos antecelluit. Inter omnes (inquit) arbores Paradisi Dei, nulla præcelsior: Cedri nõ fuerunt altiores, & Abietes nõ adequauerunt summitatem eius. Et æmulata sunt eũ omnia ligna uoluptatis, quæ erant in Paradiso Dei.

*Non latuit Adã, hominẽ assummẽdum à Deo.*

Ephes. 5.

*Arbores paradisi, Angelicæ mentes.*

*Arbor ad sciendum bonum & malũ, Lucifer.*

Ezec. 31.

*Notãda uerba Ezechielis Prophetæ.*

Cui & titulus, sciendi bonum & malum, hoc est, hebræorum tropo, dicenda silendaq; callendi: miro modo consentit. Nec ea duntaxat ratione, ꝙ præstantia intellectus, quicquid cognosci naturæ uiribus potest, illum, longè suprà reliquas cœli mentes, non fugit: Sed ea potius ꝙ fastu eius tituli, insignis

*Titulus sciẽdi bonũ & malum, luciferi tumori consentit.*

eius præſumptio ſubnotatur: qua comptento Deo, eiuſq; filio IESV CHRISTO, pleni tudinem Sapientię, quę illis unicè propria eſt, attemptauit præripere: eſtuans ac iactitans in corde ſuo. Ego ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & decore. In cœlū conſcendam, ſuper aſtra cœli ponam ſolium meū, & ſimilis ero altiſsimo. Et eleuatum eſt cor eius, & perdidit omnem ſapientiam & decorem.

*Superbia intollerabilis Sathanæ.* — *Ezec. 28* *Eſa. 14.*

Et licet Angelicæ defectionis, nō legamus Prothoplaſtem inſtructum: quia tamen obſcurum nō reputatur, ſciſſam priuſquàm fingeretur, militiam cœli, & Sathanam à Deo, cum ſatellitio apoſtatatum: diſſentaneum nō uidetur, quòd tametſi de extremo in illum iudicio, non eſt redditus certior, abominationis tamen eius, coràm Deo (& in præſcripta forſân prohibitione) factus ſit cautus: perindè ac ſi explicatioribus illum, allocutus ſit uerbis.

*Quo pacto angelorū lapſus precognitus ſit ab Adamo.*

Adam prædilecte tranſtuli te, hunc in hortum, ut mente, uelut in typo, cœlicum ſuſpicias cœtum. Et quemadmodum cuiuſuis arboris fructu (inſcriptam præter notitia boni ac mali) hic ueſci fas eſt: ita omnium cœleſtiū mentium conſuetudine fruere: quandòquidem indè nil erit incommodi, ſed prouentus & frugis. Verùm caue contubernium ſathanæ, abſtine ab eſu faſtuoſi ligni: quoniam & ſi eſt uiſu pulcrum & guſtu carnis ſuaue; uenenum tamen latet ſub melle: Certiſsimus fa-

*Verba Dei ad Primum hominem.*

*De ligno ſciē di bonum, et malum non commedas.*

ctus ꝙ quamprimûm ederis mortem incurres. Caue ne ſubducat, mea uerba peruertat, & me comptento ac CHRISTO, & te & poſteros, cum illo præcipites.

Ergò nõ fugit Adamum diuina uoluntas, nõ latuit qua linea incedere debuit, quo pacto deſcendentes inſtruere, Dei Regnũ moderari, & ab hoſtiũ incurſione defendere. Non latuit quanta foret adhibenda cuſtodia, quantis excubijs obſeruandum: nequis affectus carnis irreperet, & hortum repleret urticis. Ne quâ hoſtis irrumperet, hortum exterminaret, & illum cum toto regno in ſeruitutẽ redigeret.

*Adam abũdè eſt edoct⁹ quo pacto ſe gerere debuit.*

Prou. 24.

Volens multa ſacramenta prętereo: Quandòquidem nec dictum eſt temerè, incommodum homini, eſſe ſolum: nec fruſtrà diſquiſitum, nùm ſimile reperiretur in brutis. Nõ caſu ſoporatus, nec ſine ratione, coſta cum carne ſubducitur, ut in coniugem ędificetur: oſq; uerè formetur de oſſe, & caro de carne. Cui mutuato proprio nomine, & ſine impietate patre ac matre relictis, uir tanto fœdere nectretur: ut abnegata utrinq; ſui corporis facultate, & alterius libertati, alterius carne dimiſſa, in unam prorſus carnem euaderent. Sed feſtino: & ſatis, ſi pręter uinculum matrimonij, & conditionem ſexus fœminei, quę mirũ in modum, per hæc exprimuntur: magnum illud myſterium recolatur, de quo Epheſiorum capite ſexto.

Gene. 2.

*Sopor Adã, & formatio cõiugis, magno cum myſterio ſunt.*

*Vinculũ matrimonij & conditio ſexus fæminei.*

Quibus ergò dispositis,& Angelis nō penitus occultatis:Sathanę,qui naturæ præstantia non modicū intumuerat, primasq; in cœlo temptauerat:erat uirus, alta mēte repostū, ut(tametsi prælio iam commisso defecerat,& palàm hiscere de solito, amplius nō præsumebat)siqua posset,primum hominem, beneficiorum Dei profusione, sibi redditum ad uidendum grauem(siquidem illius liuore,mors introiuit in mundum, & homicida factus est ab initio)circumueniret: Deo subtraheret,& perpetuum inter illos odium cōstitueret. Exploraturus pariter(si non fallor)nûm eam forsàn ob rationem, Verbum induere naturam nostram desineret: uel dilectum sibi Regnū, Peculium, Adoptionem exterminaret, uel sua saltèm sub dictione(ut par uidebatur)in miseram seruitutem, & extremam calamitatem,irreuocabili lege,conijceret.

*Tumor & inuidia Sathanæ.*

*Sap. 2.*

*Ioan. 8.*

*Finis Sathanæ quo aggressus ē primū hominē.*

Ergò tum tumore iactatus,tum inuidię facibus ustus,non secus ac Leo rugiens,& Draco uersipellis:nunc ui, nunc astu, nunq̄ nihil tentans: accepta occasione,ex mandato Dei, non ignorans quantū ualeat cupiditas libertatis,& libido propriæ excellentię:tandē eòusq; serpsit, ꝙ illum à præcepto dimouit:& ità captiuauit, & unà cum toto regno,in potestatē accepit. Propterea ꝙ(ut Petrus Apostolus dicit)à quo quis superatur, non iniuria, ab illo in seruitutem redigitur. Et quemadmodum

*1. Petr. 5*

*Psal. 10*

*Apoc. 12*

*Arietes i nos ualidißimi, cupiditas libertatis, & libido propriæ excellentia.*

*2. Petr. 2*

Cap. 7. Leui(ut Paulus ſcribit hebræis)decimatus eſt in lumbis Abrami, ita & nos captiui facti ſumus in lumbis primi parentis. Quippè qui cum illo, diuinum pręceptũ contempſimus, Roma. 5. & eo peccante peccauimus: undè impij facti & inimici Deo, meritò fuimus condemnati, & morti,& inferno addictis.

*Omnes in lũbis Adæ ſumus facti captiui.*

Et quanq̃ Deum optimũ maximum Adami lapſus non latuit,nec quæ conſequebatur, occupatio ſui Regni: cuius oculis omnia ab æterno ſunt nuda, & quemadmodum in omni loco, ita & in quouis tempore, bonos contemplantur & malos: quanq̃ potuit, uel nutu,prohibere:uel etiã pręſeruare, cui quicquã non eſt impoſsibile: placuit tamen permittere, & electas delicias prophanari. Non ut in colluuie permanerent, aut ſathanas de occupato Regno,perpetuò triumpharet:ſed ut cumulatius theſauros ac cornucopias ſuæ bonitatis profunderet. Quã ob rem,inito illo magno, ſuæ uoluntatis conſilio: Cuius CHRISTVS,tum Author,tum Angelus eſt:electo pro tempore definiuit:ut miro tandẽ,& incredibili modo,profligato peccato,occiſa morte, proſtrato Sathana, & proprio mucrone confoſſo:purgato ac locupletato mundo, Regnũ non tantum natiuæ libertati reſtitueret, non tantum in ſortem priſtinam reuocaret:ſed in ſtatum longè meliorem eueheret.

Heb. 4. Iob. 39. Prou. 16. Ephes. 1. Esa. 9.

*Et ſi Adæ lapſus Deũ antè non,fugit conſulto tamẽ permiſit.*

*Mirum Dei conſiliũ,non ſolum de homine reparãdo,ſed in ſtatum meliorẽ euehendo.*

Quid ergò? O,arcanã & uerè inacceſſam

*Verè imperscrutapilis sapiētia dei, & incredibilis dilectio cœlestis patris.*

Sapientiam Dei, O insuperabilem Charitatem Patris: qui proprio unigenito non pepercit. Placuit igitur ęterno Patri, cui nullum uerbum erat difficile, unicum suum Verbū, quod antè secula sibi per omnia coæquale genuerat, splendorē gloriæ fecerat, hominē definierat, per quē & uniuersa tùm uisibilia, tùm inuisibilia: siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates condenda instituerat, quoniam omnia per ipsum, & in ipsum cōdita sunt: qui est antè omnia, & in quo cuncta consistunt: Placuit inq̄ eòusq; exinaniri, ut non modò homo, ut primū definitum fuerat, certo tempore fieret, sed ut & seruilem formam indueret. Vt qui non rapinam arbitrabatur se æqualem Deo, habitu & consuetudine inueniretur, nō dissimilis nostri: & nulli humanæ necessitati, non subditus, probaretur in similitudine carnis peccati: Non solùm ut periculo disceret, nostris infirmitatibus compati: sed ut in se, omnes curandas reciperet, & peccatū, & maledictionem accumularet: Vt factus tandèm pro nobis peccatum, & maledictio, inaudita charitate, cruci secùm peccatum omne, & maledictionē affigeret, ac proprio sanguine expiaret: & ità Regnum Patri, purgatum, suo tempore restitueret.

*Extrema exinanitio unigeniti Dei.*

Roma. 8. Hiere. 31. Eccle. 24. Hebre. 1. Colo. 1. Ioan. 1. Philip. 2. Roma. 8. He. 4. 10. 2. Cor. 5. Galat. 3. Rom. 6. 1. Cor. 15.

Sed agè, quemadmodùm perstrinximus, conditiones Adami, percurramus & paucis conditiones CHRISTI.

Gene. 2. Adamus factus est de terra terren⁹ CHRI 1 *Mira Antithesis inter. Adamum & christũ.*
STVS uenit de cœlo cœlestis.
Genes. 2. Luc. 4. Adamus afflatus est spiritu uitæ: CHRI- 2
STVS repletus est spiritu sanctitatis.
1. Cor. 15. Adamus factus est in animam uiuentem: 3
CHRISTVS in spiritum uiuificantem.
Genes. 1. Adamus finctus est sexta mũdi die: CHRI 4
STVS incarnatus est, sexta mundi ætate.
Ibidem. Isai. 9. Adamus formatur, præmisso consilio & 5
Act. 3. 10. prænunciato oraculo: CHRISTVS mitti-
1. Petr. 1. tur Nuncius magni consilij, & Scopus om-
Gen. 1. nium oraculorum.
Col. 1. 2. Cor. 4. Adamus erigitur in imaginem Dei secun 6
Sap. 7. dùm similitudinem: CHRISTVS nascitur
imago Dei, secundùm proprietatem.
Gen. 1. Adamus formatur, productis omnib⁹ bru 7
Psal. 48. tis: CHRISTVS manifestatur hominibus
in belluas transformatis.
Gen. 1. Adamus singulos continuit in lumbis na- 8
turę, ut nascerentur secundum carnẽ: CHRI
Ioan. 3. STVS omnes complectitur in uisceribus gra
tiæ, & misericordiæ, ut renascantur secun-
dùm spiritum.
Gene. 1. Adamus præficitur Regno Dei, ut illud 9
Ephes. 1. excolat & conseruet: CHRISTVS, ut col-
lapsum reparet & amplificet.
Gene. 2. Adamus trãslatus est in hortũ uoluptatis, 10
ut regni delicias, misticè pręgustaret: CHRI
Phil. 2. STVS in hanc miseriarũ uallẽ est demissus,
Heb. 2. ut omnes in se Regni calamitates perferret.

11 Adamo datum eſt deliciari, & pro uoto, horti fructibus ueſci: CHRISTVS iuſſus eſt, in his extremis ęrumnis abſtinere, & noſtris pro delictis affligi. Gen. 2. Matt. 4.

12 Adamo petēda uita fuit è ligno uitę, quod uerbum erat, & ſapientia Dei: CHRISTO mors deſtruēda fuit per lignum crucis, quod ſtultitia eſt, & execratio mundi. Gen. 2. Eccle. 1. Oſe. 13. Sap. 14. 1. Cor. 1.

13 Adamo ſicut mors, arbor deteſtanda fuit, ad ſciendum bonum & malum, præſeferens ſapientiam carnis, uel faſtum (ut diximus) ſathanicæ mentis: CHRISTO euangelium inculcandum fuit, uitam conferens, & ſapientiam ſpiritus, & deſtruens omne quod extollitur aduerſus Deum. Gen. 1. Ioan. 6. 1. Cor. 1. 3 2. Cor. 10

14 Adamus, non reperto inter bruta conſimili, ſoporatur, & ex ſubtracta ſibi coſta, uxor illi perſimilis conſtituitur, quæ os eſſet ex oſſe, & caro de carne: CHRISTVS, cum nullus inter homines, non reperiretur deformatus imagine ſathanæ, obdormiuit in cruce, & ſanguine aquàue, latere eius defluxis, refincta eſt ſibi illa glorioſa ſponſa, in qua macula non inueniretur, nec ruga: Sed os uerè diceretur de illius oſſe, & uerè caro de illius carne. Gen. 2. Ioan. 19. Epheſ. 5.

Adamus per uxorem afflatu Demonis cōcitatam, eiusq; uafritie circumuentam, hallucinatus, à Dei uerbo & comminatione dimouetur: CHRISTVS per eccleſiam ſpiritu paraclêto inſtructam, & cœleſti ſapientia Gen. 2. Act. 2. Ioan. 14.

tia locupletatam, in dies amplius reuelatus: promissiones per uerbum factas, affluenter adimplet.

Ergò Adamus, author est peccati, mortis, 1
1.Petr.2. & perditionis: CHRISTVS fons est iusti- Malap Adamũ iuecta: 2 & bona per Christũ acquisita.
2.Tim.2. tiæ, uitæ & salutis. Per Adamum sumus in
Ioan.8. captiuitatem coniecti: Per CHRISTVM
sumus in libertatem reuocati. Per Adamum
Ioan.8. Gal.3. euasimus filij Sathanæ: Per CHRISTVM
Rom.5. adoptati sumus in filios Dei. Per Adamum 3
sumus condemnati: Per CHRISTVM iusti 4
ficati. Per Adamum facti sumus serui pecca
Rom.5.7 Ioan.8. ti, legis & carnis: Per CHRISTVM à pec-
Roma 8. cato euadimus liberi, lege, & concupiscentia. 5
Gal.3. Quandòquidem & si affectus carnis, dum hic
Col.1. agimus, non extinguitur: & si nonquàm spi
ritum non oppugnat: Præsidio tamen gratię,
Rom.7.8 in his qui sunt in CHRISTO, non domina
tur: sed spiritu facta carnis castigantes, abundant in quouis opere bono:

Gal.3. Qua de re cum uenit plenitudo temporis, emisit Deus Vnigenitum suum. Quanquã enim à diebus æternis definitum est, Dei regnum reparandum in CHRISTO, & in sortem (ut diximus) locupletiorem promouẽdum: non placuit tamen Deo, mox commisso peccato, sed statuto tempore, illum è cœlo demittere: Vt quemadmodum dispo-

*Vn.genitus Dei oportuno tempore, emissus è cælo.*

Eccle.3. nente sapientia sua, singula tempus habent, & suis spacijs, transeunt uniuersa sub sole: Ita

& ſuum decerneretur tempus reparationi mundi, quo præſcripta oportunitate negocium expleretur.

*Oportunitas temporis redēptionis noſtræ ex multis colligi poteſt.*

Ergô cum ſatis graſſatum eſſet peccatum, debaccatus Sathanas, ditatus infernus: Cum ſatis ſeuiſſet mors, ſupplantaſſet caro, & peccatum, refricante lege, creuiſſet: Ablato ſceptro de Iudà, & Duce de inter pedes: Inſtante termino hebdomadarum Danielis prophetę, & conſumationis omnium oraculorum: Emiſit Deus filium ſuum. Pellectum propria uoluntate, Promiſſum in ſcripturis, Oc cluſum in lege, Prouocatum à patribus: Veni Dñe & noli tardare: Accelera: Depradare: Spolia detrahe: Rorate cęli deſup: Vtinā coelos diſrūperes, & deſcenderes. Et ad Patrē. Emite Agnū Domine, Dominatorem terræ

*Roma.7.* *Gene.49.* *Dan.9.* *Gen.3.22 & alibi ſæpe.* *Eſa.8.33. 45.64. et 16.*

*Ardor filij Dei ut nos eriperet de tyrānide Sathanæ.*

Emiſit plenum gratia & dilectione, ardetē iam quidem & geſtientem, imò ut Gigas ad currendam uiam exultantem, & prelium ſuſcipientem: ut Sathanam è peculio Patris eijceret, & mundum eius Tyrannide liberaret. Emiſit factum ex muliere, ſed ſecundùm carnem: Ex muliere, ſed uirgine, de ſemine Dauid: Ex muliere, cui ſemen repromiſſum contriturum caput ſathanæ, & liberaturum orbem. Factum ſub lege: non natura, cum eſſet filius Dei: non culpa, qui peccatum non fecit: ſed uoluntate. Quippè qui iubente Patre, uoluntarie in ſe peccata

*Pſal.18.* *Roma.1.* *Eſa.7.* *Luc.1.* *Gene.3.* *Matt.16.* *1.Petr.2.* *Heb.10.*

*Chriſtus in ſe peccata no*

noſtra recepit, & ita legis animaduerſionem ſubijt: ut nos à legis animaduerſione liberaret: eo emercatus prçcio, de quo Princeps apoſtolorum. Non corruptibilibus auro, & argento redempti: ſed præcioſo ſanguine Agni immaculati. Nec modò liberaret, ſed ſatisfacto Deo, uim præriperet maledicendi legi, in decretis & mandatis euacuatæ, & ſecùm cruci affixæ: ut ultrà nequeat dominari. Sed donati adoptione filiorum, non ſicut ſerui, pauore legi obtemperemus: ſed ueluti liberi, per dilectionem legem expleamus.

*ſtra recepit & ſic legis animaduerſionem tulit*

*i. Pet. 1.*

*Col. 2.*

*Ingentia in nos beneficia Chriſti.*

Ergò abſolutis quattuor annorum millib[9] à creatione mundi, ut hiſtoria ſacroſancta recenſet, & nos peculiari tractatu notauimus, Paruulus natus eſt nobis: & factus eſt Principatus ſuper humerum eius. Quanquàm enim CHRISTVS, paſsione peracta, Regni poſſeſsionẽ accepit, quoniã oportuit illũ pati, & ſic intrare in gloriã ſuã: Et iccircò (ut inquit Apoſtolus) ꝙ obediens factus uſq; ad mortẽ, ſibi omne genu inflectitr: Et Seruator ſimilẽ ſe fecit eunti, in regionem longinquã ad accipiendũ regnũ: propter quod & poſt reſurrectionẽ, Data eſt (inquit) mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra: Nihilòminus etiam in natiuitate factus eſt Rex, Et CHRISTVS ab Angelis paſtoribus dictus, & à Magis uti Rex adoratus, & à Pilato tãquã Rex ſcriptus et crucifixus. Verũ antè mortẽ et reſurrectio-

*Tractatu de temporibus ab origine mundi.*

*Eſa 9.*

*Luc. 24.*

*Philip. 2.*

*Luc. 19.*

*Mat. ult.*

*Et ſi Chriſtus in natiuitate fact[9] eſt Rex ante mortem tamen Regni*

*Luc. 2.*

*Matt. 2.*

*Ioan. 19.*

*Luc. 23.*

*non possedit nec de manu Sathanæ liberauit.*

nẽ, Et si oĩa dederat illi Pater in manu, regnũ tamen non possedit, nec de manu Principis tenebrarum prorsus eripuit: Quandòquidẽ definitum fuerat hoc Sacramentum morti: Nunc (inquit morti uicinus,) princeps huius mundi eijcietur foras, & ego exaltatus in cruce, omnia traham ad me. Siquidẽ in cruce, soluto precio Deo, ad inferna descendens demones captiuauit, Mortẽ destruxit, infernũ momordit, uasa diripuit, & resurgẽs nouã uitã & libertatẽ, adepta possessione, suo Regno dedit.

*Ioan. 13.*
*Ioan. 16.*
*1. Petr. 1.*
*Col. 2.*
*Ose. 13.*
*Luc. 11.*

*Christus cur post resurrectionem, legatos in uniuersum direxit.*

Quam ob rem post resurrectionem Legatos in orbem uniuersum exire præcepit, ut euangelizantibus passim, & in fidei obedientiam homines deducentibus, inciperet Regnũ cògere, & uti Pastor oues, omni ex genere congregare, & sic tandem, Regnum, Ecclesiam definire: Quandòquidem omnibus Orthodoxis, Cętus in unam fidem, & cultum ueri Dei, & Seruatoris, per uerbum euangelij, et & rectum Sacramentorum usum, collectus: semper Ecclesia dicta est. Ecclesiam (inquã) sed maximè electorum: Non solum quia multi sunt uocati, & (ut alibi dictum est) ad CHRISTI Ecclesiam pertinent etiam qui non sun ælecti, Propter quod inter Virgines quinque sunt fatuæ, In Sagena commixti sunt mali pisces, In area confusa grana cum paleis, & baptismo etiã præsciti demersi: Sed quia uocati sunt propria electorum uoce,

*Matt. & Mar. ult*
*Rom. 1.*

*Quid sit ecclesia communi definitione.*

*Etiam nõ Electi ad Ecclesiam pertinent.*

*Matt. 2. & 22.*
*Ibidem. 25. 13.*
*Item. 3. et Luc. 3.*

Ioã.8.10. quam'oues audiunt, qua eos tandem, quos *Vocatio Electorum Propria.*
Roma.8. prædestinauit uocauit: & iuxtà Paulũ dicta
2.Tim.1. est secundum propositum Dei.

Nec tantùm externa est per prædicationẽ uerbi, quoniam ea omnibus est communis:
Mar.ult. Prædicate euangelium omni creaturæ: Sed
Luc.8. & intranea, prodiens ex ore patris ad aures, quas ad audiendũ finxit, & æterna prædestinatione, ad gratiã præparauit. Quibus reseratis, *Vocatio interna ex ore patris.* digito Spiritus paraclêti, sicut Purpurariæ in actis Apostolorũ: patefacit diuitias bonitatis,
Cap. 16. gratię, & misericordiæ, cõgestas esse in CHRISTO: Edocens & suadens, ꝙ non pereũt cre-
Ioan. 5. dentes in eum: nec ueniũt in iudicium, sed de morte transferuntur ad uitam.

Postquam enim Deus satis commouit ęlectos, condemnatione legis, ob præuaricatio- *Ordo in uocãdis Electis*
Col.3. nem conscientijs illorum concussis & contritis: imò ferè desperatis, & quasi in inferno sepultis: affulget tãdem Spiritu oris sui: & post
Iob. 17. tenebras profundit lucem: & post uentum ualidum commouentem montes & proscindentem petras, perflat sibilus auræ tenuis: Et
3.Reg.19 ecce Dominus transit. Ad quem (inquit) aspi-
Esa. 66. ciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem ad sermones meos?

Et quadadmodum Mosi CHRISTVM *Christus Mosi euangelizatus in mõte.*
Exod. 34 Pater euangelizauit in monte: Dominus est (inquiens) fortis, misericors, beneficus, leni animo, immensæ bonitatis & ueritatis: tenax

bonitatis in mille, condonans iniquitatē tranſgreſsionē, & peccatū: Sed impunita non dimittens: Viſitans iniquitatē patrū in filijs, & nepotibus, in tertijs & in quartis: Ita haud diſſimilibus uerbis euangelizat illum iam miſſum ælectis: ut ſe in illum reijciant.

*Chriſtus à patre euangelizat Electis nō diſsimilibus uerbis, quibus euangelizatus eſt Moiſi*

Siquidem ille eorum Dominus eſt, in cuius manu cuncta ſunt poſita: Fortis, qui mortem debellauit, ſathanam & infernum: Miſericors, temptatus per omnia, omnemque miſeriam noſtram expertus: Beneficus, qui pro omnibus ſanguinem fudit, & animā dilectiſſimam poſuit: Leni animo, quoniam mitis & humilis corde, linum fumigans non extinguens, & calamum quaſſatum non conterēs: Immenſæ bonitatis & ueritatis, ut in quo abſoluta iuſtitia, & impletio eſt omnis promiſſionis, Per quem iniquitas omnis exploditur, & quoduis mendacium profligatur: Tenax bonitatis in mille, ut qui ſe diligunt uideant ſemen longęuum: Condonans iniquitatem, propterea & cum iniquis fuit aſcriptus: Et transgreſsionem, & ob id, de legis transgreſſione eſt diffamatus: Et peccatum, quoniam à Deo peccatum eſt factus: ut nullo tandem in CHRISTO facinore non punito, efficiamur in illo iuſtitia Dei: Viſitans, iniquitatem patrum in filijs, nepotibus & uſque in quartos, Eorum qui oderunt eum, nec deſeruerūt abominationes eorum.

*Ioan. 13. Oſe 13. Luc. 11. Heb. 2. 4 Luc. 22. Hiere. 12 Matt 11. Eſa. 42. 2. Cor. 1. 5 Dan 9. Ioan. 14. 1. Ioan. 5. Luc. 22. Ioan 7. 9 Roma. 8. 2. Cor. 5. Ioan. 15.*

Matt.16. Hoc quidem pacto, CHRISTVS euangelizatus est Petro: Cui non caro, nec sanguis reuelauit, sed Pater qui est in cœlo. Vndè & mox complexus paucis, paternę reuelationis, summā: Tu es (inquit) CHRISTVS filius Dei uiui. Hoc pacto euangelizatus est Paulo: quando ei placuit, qui illum segregauit ab utero matris, sibi releuari filium suum. Qui mox refinctus in uas ælectionis, reiecta carne & sanguine, euangelium cepit quòcunque diffundere, disputando, conualescendo, & omnem intellectum in fidei obedientiam captiuando: non usus sublimitate sermonis, aut humanæ sapientiæ uerbis, sed affluentia spiritus & uirtutis. Hoc pacto tandem euāgelizatur oībus ælectis, singulis tamē pro mēsura fidei, & ratione membri: quā unicuiq;, unà cū filio & spiritu sancto, summa sapientia, consilio et æquitate præscripsit, et sua pro gratia, nullis præcedentibus meritis condonauit.

*Christus à patre euangeliZatus Petro.*

Galat.1.

*Christus à patre euangelizat' Apostolo.*

Acto.9.

Roma.1.

2.Cor.10.

1.Cor.2.

*Christus à patre euangeliZatur electorum singulis p mensura fidei, et ratione mēbri.*

Roma.12

Ephes.4.

Ioan.6.

Esai.54. Nec euangelizat modò Pater, sed mirū in modum edocet, quandòquidem edocti sunt omnes à Deo: & persuadet efficacia internæ reuelationis, CHRISTVM ad nos, suis cū Thesauris pertinere: Quippè qui nobis est natus & datus: pro nobis morti expositus, & in omnibus nostræ saluti addictus: Adijciens spiritum firmæ fidei, quo sine hæsitatione, fiduciam habemus accedēdi ad eum. Omnis enim qui audiuit à Patre & didicit ad

*Christus nō modò Electis EuangeliZatur à Patre, sed illum ad ipsos ptinere, persuadetur ab eo.*

Esa.9.

Ioan.3.

1.Cor.15

Ephes.3.

2.Cor.4.

Heb.4.

Ioan.6.

CHRISTVM ueuit:ut eo per fidem appræhenso,& tanquam indumēto uestito, intrepidus sistatur tribunali Dei, iustificandus gratis per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in CHRISTO IESV. Quem proposuit nō solùm Aduocatum, sed Propitiaorem, per fidem in sanguinem eius, in remissionē omnium peccatorum. Vt tandem non solùm prę destinati uocentur, sed & uocati iustificentur, & saluentur.

Rma 9. & 13. Rom.3. 1. Ioan. 2 Rom.3. Rom.8.

*Electi nō modò de Christo persuadētur, à patre, sed & trahūtur ad eū*

Nec solùm edocet electos deus, aut solùm eorum CHRISTVM esse persuadet,& confidentiam facit per donū spiritus fidei, ut eū accedant, appræhendant, induātque: sed ad illum suauissimè trahit. Nemo (inquit) uenit ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum. Licet enim electi per spiritum uiuę fidei gestiant se se CHRISTO committere, in illum reijcere, abscondi, iu corporari: licet & illud sit non nihil ad CHRISTVM accedere, quandòquidem omnis qui credit, ad illum uadit: apponit tamen manum Pater: Non solum prouocando, urgendo, inflammando: sed spiritū augendo, innouando, perficiendo: ut tandē diuini spiritus efficacia in illum rapiamur, intro ducamur, transformemur. Quoniā omne datum CHRISTO à Patre, ad ipsum uenit, nec forâs eijcitur, sed ad interiora trahitur, ut ingrediens,& egrediens refocilletur.

Ioan.6. Ioan 6. Ioan.6.

*Pater quo pacto ad Christū trahit Electos.*

Et quāquā nō inficior, ad interiora CHRI-

STI pertingere, CHRISTVM esse præter carnem gustare, quandòquidem caro nõ prodest quicquam, Et (ut inquit Apostolus) Si CHRISTVM nouimus, non nouimus secundum carnem, sed spiritum, ad interiora uelaminis penetrantes, ut percipiamus reconditos thesauros sapientię, gratię, & misericordię Dei: & charitatem superæminentẽ cuiuis cognitioni nostræ: Nihilòminus est quòq; intrà CHRISTI patrocinium recipi: ut rem suã, rem sibi charam, & cordi proximam retineri, prospici, defendi, procurari, saluari.

*Ioan. 6.* *2. Cor. 5.* *Heb. 6.* *Colo. 2.* *Ephes. 3.*

*Quid sit ad interiora Christi pertingere.*

Ergò non mirum si hoc pacto in CHRISTO recepti, adimus tuti Tribunal diuinũ, & confisi de benedictione Patris, non reformidamus condemnantem legem: & eludimus calumniantem Sathanam. Et licet ad nos cõuersi offendamus testimonium cõscientiæ nostræ ꝙ transgressores sumus: uiua tamẽ fides, qua in CHRISTI patrocinium admissi sumus inconcussa perdurat, Peccata nostra, nõ solum eius gratia & fauore, diuinæ seueritatis oculis contegenda, sed ad damnationem non imputanda. Non ꝙ illa ira diuina dissimulet: sed quia illa in CHRISTVM, sua pro clementia transtulit, & ea CHRISTVS ac si sua forent benignè suscepit. Vt sanguine, Cruce, et morte (nobis non dormientibus, sed quod possumus operantibus, ac pro uirili prę stare satagentibus) Diuinæ iustitiæ satisfa-

*In Christo recepti adimus tuti tribunal diuinum.*

*Ephes. 1.* *Colo. 2.* *Roma. 2.* *Psal. 31.* *Roma. 4. & 8.* *Esa. 53.* *Heb. 10.* *Psal. 68.* *Rom. 15.*

*Christi sanguis Diuinæ iustitiæ satisfacit sed nõ dormientibus nobis.*

ciat, & sic fauorem Iudicis in amorem paternum accumulet.

Ergò propitiatore CHRISTO, à Deo ne dum iustificabimur, sed & paternam benedictionem consequemur. Qua spiritu adoptionis donati, & per illum non solū CHRISTI fratres et cohęredes constituti, sed in palmites & membra transformati, & adeò (si dicere fas est) in illum absorti: ut non modò in nobis uiuat (Viuo ego iam non ego, uiuit uerò in me CHRISTVS) non modò loquatur (An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS?) non modò patiatur (Adimpleo quæ desunt passionum CHRISTI in corpore meo, Et Saule Saule quid me persequeris?) non modò induatur, recipiatur, cibetur (Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecisti) Sed pro uno eodemq; pariter cum illo reputemur, eiusq; thronum (ut aliquandò promittit) accipiamus, ut ubi ille est, & nos simus, quemadmodùm & Patrem petijt, & nunq̄ exauditus non est, pro sua pietate: Et sic tandèm de filijs adoptionis, filij euadamus quodammodò naturales, & Patrem interpellemus, non tantùm gratia, sed quasi natura. Propter quod Spiritus sanctus in cordibus filiorum, non modò Patrem clamat, sed Patrē ingeminat, Abba (dicens) Pater: ut ea ingeminatione uocis, Patrem utroq; modo testetur. Ergò palàm ꝙ quemadmodùm, quos uoca-

*Paternæ benedictionis Effectus.*

*Euadimus quodammodò Dei filij naturales.*

Roma. 3. Ephes. 1. Galat. 3. Roma 8. Ioan. 15. Galat. 2. 2. Cor. 13. Colo. 1. Acto. 9. Matt. 25. Ioan. 17. Apoc. 3. Ioan. 17. Galat. 4. Roma. 8.

uit iuſtificauit, ità & quos iuſtificauit glorificauit, ut alibi Apoſtolus docet.
Ibidem.

Et quanq̃ reuelandam gloriam filiorum
1. Cor. 15, Dei, dum mortale induet immortalitatem, &
Roma. 8. corruptibile incorruptionem: quando uniuer
Apoc. 21. ſo non tàm purgato, q̃ innouato, ſingulis reca
Epheſ. 1. 1. Cor. 15. pitulatis in CHRISTO, & ſuarum diuitia-
Epheſ. 1. rum copijs locupletatis, Regnum reſtituetur
1. Cor. 15. Deo, obruendum in ſupercœleſtibus omni
benedictione: ut cumulatiſsimè tandem, tûm
Deus, tùm CHRISTVS ſint in omnibus
Eſa. 64. omnia: Quanq̃ (dico) oculus huius peregri- *Et ſi gloria*
1. Cor. 2. nationis non uidet, auris non audit, mens hu- *filiorum Dei*
mana non concipit: ueram tamen fidem non *reuelãda eſt*
fugit, etiam dum hic agimus, præſtantiam *in uita futura nõ deſunt*
2. Cor. 4. ſpiritus, hoc in Regno congeſtam, eos theſau *tamen etiam*
ros in fictilibus his uaſis reconditos: ut quan- *in præſenti*
tùm imbecillitas noſtra patitur, interim tu- *Primitiæ illius, & pi-*
multuante carne, ſeuiente mundo, oppugnã- *gnus.*
te Sathana: quibus permiſſum eſt hoc Re-
gnum exercere: magnum gloriæ pondus co-
2. Cor. 4. ràm Deo, in quo omnis qui gloriatur (ut ſcri-
& 10. ptum eſt) glorietur, operatur in nobis.
Hiere. 9.

Et præter teſtimonium conſcientiæ, conte
2. Cor. 1. ſtante Spiritu ſancto, q̃ ſumus filij Dei, & co-
Roma. 8. hæredes CHRISTI: quo gloriamur in ſpe,
non dùm apparente, quod erimus: & tantùm
Heb. 1. in CHRISTO, qui ſplendor eſt omnis glo-
2. Cor. 3. riæ, retecta facie, per donum fidei, reſeruatam
nobis gloriam ſpeculantes, ſuggerente ſpiri-

*Piorum continuum exercitium.*

tu, & cooperante, de die in diem, in eius imaginem, transformari contendimus, â claritate in claritatem, prout ſingulis menſura compartita eſt fidei: Et præter communia Spiritus ſancti dona, de quibus undecimo Eſaiæ: & cõmunes fructus, de quibus Galatarum ſexto: & gratias, quas dicunt gratis datas, de quibus duodecimo ad Corintios: & Chariſmata cuiuis membrorum propria, de quibus duodecimo ad Romanos: quibus non mediocriter coram ſe reddit illuſtres, & non nunq̃, uelit nolit, mundo conſpicuos: Præter hæc (inq̃) effuſa eſt in cordibus per Spiritum ſanctum, ea Serenitas conſcientiæ, Illi gemitus inenarrabiles, Amplexus dulces, Oſcula ſuauia, Refocillatio mentis, Liquefactio animæ: ut uerè conuerſentur in cœlo, uerè intrá thalamum Sponſi, & ad mẽſam perennem: ut ſint quoq; in hac uita beati. Et in medio tribulationum, in præſſuris, in calamitatibus, in extremis anguſtijs, uitam æternam experti glorientur: nihil reformidantes, omnia comptemnentes: Certiores facti, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uerò ſpem, quæ non confundit, effuſa in nos, eo robore, charitate Dei, per Spiritum ſanctum, ut ab ea dimoueri impoſsibile ſit. Et quanq̃ nonnulli uidentur aliquandò ſuprà modum grauati, facit tamen Deus, cum temptatione prouentum, ut ualeant ſubſtinere. Et ſi ali-

*Rom. 12.*

*Inſignia dona Electorũ Chriſti.*

*Roma. 5. 2. Cor. 1. Roma. 8. Can. 1. 2. Matt. 11. Can. 5. Philip. 3. Apoc. 19.*

*Electi etiam in tribulationibus gaudent.*

*Roma. 5.*

*Ibidem.*

*Roma. 8.*

*2. Cor. 1.*

*1. Cor. 10*

Psal. 36. quandò corruunt, manum ſupponit ne colli-
Prou. 24. dantur. Quin etſi non ſemel iuſtus cadit in
Roma. 8. die, reſurgit, & caſum illi Deus in bonum con
uertit, ut indè quoq; non deſit, quo poſsit in
Hiere. 9. 2. Cor. 10 Domino gloriari.

Obmiſi uolens, Splendorem, Antiquita- tem, Amplitudinem, Conſtantiã, Robur, Libertatem, Opulentiam, Copias, Diuturnitatem, Quietem, Iocunditatem, Triumphos, Idq; genus q̃ plura: quæ mundus in quouis Regno deſiderat, miratur, adorat. Propterea ꝙ ſi carnem attendis, exulãt prorſus à Regno Dei, ſi Spiritum, adeô exerunt ſeſe, ut nullus ſit, qui non uideat. Quid quæſo Splendidius dixeris, quid illuſtrius: quãdo nullus eo in Regno eſt, qui non ſit filius Dei? & conſors (ut Petrus inquit) Diuinæ naturæ? Quid antiquius: quando exortum eſt in Abelo, ab initio mundi? Quid amplius: quando circunit omnem Linguam, Tribum, Populũ, Nationem? Quid conſtantius: quando fundatum ſupra firmam Petram, & uiuis lapidibus ſtructum, non dimouent uenti, non obruunt flumina, non ſeparat mors, non uita à charitate Dei? Quid robuſtius: quando non ſolũ non ſuccumbit carni, nec ſanguini, nõ cedit furijs, non ſeuitijs huius mundi: ſed nec Principibus tenebrarum, nec portis inferni? Quid liberius: quando per CHRISTVM in Spiritum ueræ libertatis euhectum, & in libertatem fi-

Præſtantia Regni Chriſti.

Splendor.

1. Ioan. 3. 2. Petr. 1.

Antiquitas.

Matt. 23. Apoc. 5.

Amplitudo.

Colo. 3. Matt. 7. & 16.

Conſtantia.

1. Petr. 2. Roma. 8.

Robur.

Epheſ. 5. Matt. 6.

Libertas.

2. Cor. 3.

liorum tranſlatum, etiam à ſeruitute emerca- Ioan. 8.
tur ſathanę, peccati, legis, et mortis? Quid opu Galat. 3.
Opulentia. lentius: quando præter Theſauros ſapientiæ Roma. 8.
& ſcientiæ Dei: pręter Diuitias & gloriam do Colo. 2.
mus Domini: Orbem, & quicquid in eo eſt, 1 Cor. 12.
Copia. in hæreditatē accepit? Quid copioſius: quan- Eſa. 11.
do multitudine ſtellarum cœli non uincitur, Pſal. 111.
nec tranſcenditur numero arenarum maris? 1. Cor. 3.
Diuturnitas Quid diuturnius: quando nunq̄ eſt diſſoluen Roma. 4.
dum, nunquàm eius propagatio terminan- Gene. 13.
da, donec omnia fiant? Quid quietius: quan 15 & 32.
Quies. do leo degit cum agno, enſes conuertuntur Roma. 4.
in uomeres, mundus reconciliatus eſt Deo, Matt. 24.
& fœdus perpetuò, in ſanguine confirma- Luc. 21.
tum? Quid iocundius: quando non modò Ezec. 37.
Iocūditas. iubilant filij Dei, ſed gaudentes trahuntur ad Eſa. 112.
conſpectum concilij: in omnibus gratias agen 2. Cor. 5.
tes Deo, & Patri? Quid demùm Triumphan Heb. 13.
Triūphus. tius: quando expoliato Tartaro, ſubmerſis Iob. 38.
Egiptijs, & uaſis, & tropheis direptis: omnia Pſal. 94.
illius pedibus ſubſternentur, ut nullis rebus, Acto. 5.
non Dominetur? 1. Theſ. 5. Luc. 11. Exo. 14. 1. Cor. 12. Ephe. 1. 2

Et ut aliquandò finiam: Tametſi expræ-
miſsis colligere difficilè non eſt, quibus habe-
Chriſt⁹ quo pacto Regnū moderetur. nis CHRISTVS Regnum moderetur: quā- Colo. 1.
dòquidē ad illud ſe habet, ut Caput ad Mem-
bra, ut Sponſus ad Coniugem, & Epiſcopus Ephes. 5.
ad Eccleſiam: Et palàm quòd regimen eſt ſpi 1. Petr. 2.
rituale, in iuſtitia, pace, & gaudio Spiritus ſan Rom. 14.
cti. Quo membra perfuſa, coactam eccle-

ſiam, ſponſam inflammatam, attingens ipſe
Sap. 7. â fine uſque ad finem fortiter, & diſponens
uniuerſa ſuauiter, ſubducit, mouet, impellit.
Vt ſingulis per neruos ac iuncturas, in unum
Colo. 2. corpus connexis, & unà ſecum funiculo illo *Fides, ſpes, charitas, funiculus triplex.*
Epheſ. 4. triplici, ſpe (inquam) fide, & charitate, qui
Eccle. 4. non reſoluitur, colligatis: abundent tandem
2. Cor. 9. in quouis opere bono, fructificantes, & au-
Epheſ. 4. gentes in charitate, pro ratione uniuſcuiuſq;
membri. Non tamen penitus diſsimulabo Eſaiæ uerba ſubnectere, & cum illis totam enarrationem abſoluere.

Eſa. 40. Sicut Paſtor (inquit) gregem ſuum paſcet, in bracchio ſuo congregabit agnos, & in ſinum leuabit, fętas ipſe portabit. Principiò, non audis peregrinos titulos: non regiam Maieſtatem: non ſacroſanctam coronam: nō inuictam: non ſemper auguſtam: procul eſt omnis faſtus, abſunt omnes ampullæ: & hu-
Homerus mile reſonat Paſtoris nomen. Quod planè quidem (etſi probatiori iudicio, cuiuis uero Regi conſentit) ut peculiare tamen delectum eſt CHRISTO. Qui non modò ſuum Regnum regit, cuſtodit, alit, impinguat: ſed curam omnem Opilionis ſubſtinet, & abſol- *Paſtoris nomen peculiare eſt Chriſto et qua ratione.*
Ioan. 10. uit: Modò oues deducendo ad paſcua, modò ad fontes: & nunq̃ non ſaturas, nunquàm non lotas, reducendo ad caulas. Nunc requirit ſiqua perijt: nunc aduocat quæ errauit.
Ezec. 34. Hanc confirmat infirmam, illam alligat ſau-

*Christus pastor bonus.* ciam:& uinum, & oleum in Vlcus infundit. Hic corrigit inquietam:illic compescit petulcam. In summa. Vt bonus Pastor, gregem non deserit: semper uigilat, & excubias noctis custodit. Et manè facto, antè oues uadit, *Ioan.10.* singulas nominatim uocitans: ne fortè aliqua errore seducta, aut longius à Pastore semota, immiti bellua lanietur: Non remoratus temporis inclementia, non montium asperitate, non scopulis, non anfractibus inuijs. Et quanquàm sæpe labore confractus, afflictus inedia, madidus pluuia, & niue ac frigore rigens: nunquàm tamen suo muneri deest, semper promptus, & nunquàm nõ ardens, etiam uitam (si opus sit) ouium, tum saluti, tùm uti *Ioan.10.* litati profundere.

*Grex domini in duas classes distinctus.* Sed uerba prosequor Esaiæ. In bracchio suo congregabit agnos. Quanq̃ Grex domi- *Rom.12.* ni, unum sit corpus, & distinctionem habeat *1.Cor.12* multarum partium: in duas tamen classes, nõ semel in scripturis partitur: sicut modò in oues & agnos. Quod CHRISTVS quòq; Petro resũmit, Pasce dicẽs agnos, Pasce oues. *Ioan.20.* Et quicquid alius oculatior, mihi sat esse uidetur, ac si in ciuitate, Iudices secernas à Plebe: in templo, Sacerdotes à Populo: in palatio, Adolescentulas à Regnis & Concubinis, Et *Cant. 6.* in ecclesia, Minores à Pastoribus, Doctori- *Ephes.4.* bus, Prophetis, Apostolis, & Euangelistis. Plebs, Populus, Adolescentulæ, & Minores

sunt

ſunt agni: Iudices, Sacerdotes, Reginæ & Cõcubinæ, Paſtores, Doctores, Prophetæ, Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ſunt oues. Et quamquàm ambo ſunt unius naturæ: quamquàm omnes imbelles, & Deo in uiua fide, ſpiritu, & baptiſmo ſacrati: robuſtiores tamen ac firmiores, qui in ædificio corporis CHRISTI, facti ſunt Angulari lapidi magis propinqui: per quos & reliqui uiui lapides ſuper ædificantur, non immeritò ſiquis oues appellat. Quippè qui paſti ſolido cibo, his quos regenerarunt, per uerbum, & ſpiritum euangelij, ut agnis lac exprimunt: nunquàm non attendentes illis ut filijs, donec adoleſcant, & grandeſcant in CHRISTO: nunquàm eos non amplexantes, nunquàm non confouentes, uſquequò, oues effecti, geſtiant alios parturire. Ex hac claſſe erat Apoſtolus, quando hunc in modum loquebatur Corintijs. Non ut confundam uos, hæc ſcribo uobis (increpauerat enim eos, de ſectis & diuiſione,) ſed ut filios meos chariſsimos moneo. Nam etſi decem millia Pedagogorum habeatis in CHRISTO, ſed non multos Patres. Siquidem in CHRISTO IESV, per euangelium ego uos genui. Et Galatis. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec CHRISTVS formetur in uobis.

*Oües, & Agni Vnius naturæ.*

*Ephes. 2*

*Maiores sũt oues & quæ re.*

*Ouis fuit Apoſtolus.*

*1. Cap. 4.*

*Cap. 4.*

Ergò (ad Vatem redeo) de minoribus loquens, In bracchio (inquit) ſuo congrega-

*Quid sit hoc loci brachiũ Christi.*

bit Agnos. Bracchium CHRISTI, Robur est Dei: et ob id, euangelium est sacrosanctum, quod (teste paulo) potentia Dei est in salutem. Nec mirum, quando (ut docet alibi) Verbũ est Crucis & mortis CHRISTI pro peccatis nostris. Quò planè uerbo, nihil est ualidius, nihil efficacius CHRISTVS enim crucifixus (ut non semel Apostolus refert) Dei uirtus, & Dei sapientia est. Etsi quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, consequitur, tunc quidem ualidissimum esse CHRISTVM, cum factus est infirmissimus nobis. Ergò in hac potẽtia euãgelij: in hoc robore, & efficacia mortis: in hoc præpotenti bracchio suo, quò cuncta sibi subiiecit, & secum attraxit, Congregabit agnos: Quandoquidem oportuit illum mori, non solùm (ut Euangelista dicit) ne gens uniuersa periret, sed ut Dei filios in unum congregaret. Qui erant dispersi, errantes per montes & colles, egentes, angustiati, afflicti. Et nisi succurrisset dextera Dei, & bracchium IESV CHRISTI, nihil non substinens, ad omnia se extendens, dudum præda luporum facti, perijssent. Verùm CHRISTO in crucem suffecto, & euangelio quòcunque profuso, omni ex parte, electos illius uirtus attraxit: Præcipiens Aquiloni, Da, et Austro, Noli prohibere: Affer filios meos de longinquo, & filias meas

*Rom.1.* *1.Cor.1 & 15* *1.Cor.1.*

*Christus fortissimus fuit in morte.*

*Ioan.12* *Ibidem.* *Esai.43*

ab extremis terræ.

Sed non satis est CHRISTO, si Agnos su os cogit. Non satis si à uepribus, saltibusq; ad pascua reuocet, aut à Lupis præripiat: nisi il los, suum leuet in sinum, ut non secus ac Ma ter, & nutrix filiolum, foueat, & uberibus re creet: quæ longè sunt meliora uino, & fla grant pręciosis unguentis. Leuat in sinum, ut Cor suum illis aperiat, ĩtrà ipsum recipiat, protegat & occludat. Leuat in sinũ, ut quē admodum ipse est in sinu Patris, & nos si mus in sinu filij: Et sicut ille est unum cum patre, & nos unum simus cum eo. Leuat in sinum, non Abrami, non in sinum Iacôbi, sicut olim in umbra: sed suum. In quo sunt omnes Thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: è quo eructantur abscondita à constitutione mundi. Vt pasti pane uitæ, & intellectus, & poti aquis Sapientiæ salutaris, celerius gran descant in oues, et grauidæ factæ gestentur in humeris. Quæ quidem (ut diximus) ma iores sunt in Ecclesia: Quorum est, præce pto Apostoli, minorum imbecillitati sucurre re, et infirmos in fide suscipere.

*Esai. 49. & 66. Can. 1.* — *Cur agni Eleuentur in sinum.* — *Ioan. 17. Luc. 19.* — *Col. 2.* — *Matt. 13. Ecclesiastici. 25.* — *Roma. 14 & 15.*

Nec propterea Agni non feruntr à CHRI STO, qui eius in sinu gestantur: Sed quem admodum grauiori ponderi collum subijci mus, & leuiora inter bracchia substentamus: Et sicut tam etsi totius ædificationis, una est basis, partes tamen non unum, eundemuè lo-

*Cur oues gestentur i humeris.*

eum obtinent in ædificio: Ita & uniuerſus grex Domini, CHRISTI quidem robore conſeruatur, ſed humeris inſident fœtæ, Et agni complectuntur in ulnis. Propterea non tantum Aaron in ſuperhumerali, ſed & in rationali, nomina geſtabat filiorum Iſrael. Sed de hoc commodius, ſi ageretur de Pontificatu & CHRISTI Sacerdotio. Modò hęc de Illius Auguſtiſsimo Regno ſint ſatis. Exo. 28.

FINIS.

# INDEX ILLARVM RERVM, QVAE IN ENARRATIONE pontificatus, & Regni Iesu Christi uidentur præcipue.

## A

Aronis Sacerdotium carnale, præferebat Christi sacerdotium spirituale. Car.27.pag.2
Adamus fuit typus exactissimus Christi. 35.2
Adamus quando, & quo pacto, productus à Deo. 36.1
Adamus cur in hortum uoluptatis translatus, & quibus præceptis astrictus. 36.1
Adamus non fuit inscius mysterij paradisi terrestris. 36.1
Adamum non fugit hominem assummendum à Deo. 37.1
Adamus nō modò de Christi Regno fuit instructus, sed & illud est sibi commissum & totum in illius lumbis, diuina manu satum. 36.1
Adamus fuit Christi Regno præpositus, & abundè, quo pacto illum moderari debuit informatus. 38.1
Adamus si nō peccasset, quem locum habiturus erat in regno Christi, postquam illud resignasset Deo & Patri. 36.1
Adami sopor, & Euæ formatio, magno cum sacramento fuerunt. 38.1
Angelorum lapsus, quo pacto cognitus est ab Adamo. 37.1
Antithesis mira & in multis, inter Adamum & Christum. 40.1.2

Apoſtoli multis modis illuſtres. 13. 2
Apoſtoli non modo populus Dei ſpōtaneus, ſed cre dentium Duces. 12. 1
Apoſtoli per ſpiritum ſanctū non modò redditi ſunt Duces ſtrenui, ſed exercitus fortis. 12. 2
Apoſtolis Euangelium non modò omni cum pleni tudine creditum, ſed ſuper illos ueluti Ros profuſum. 13. 1
Apoſtoli quibus armis homines duxerunt ad Chriſtum. 13. 1
Apoſtoli quibus uerbis initiati ſunt ſacerdotio: & quem ſenſum ex illis Eccleſia ſemper accepit. cart. 17. 1
Arbor ad ſciendum bonum & malum quid ſignificauit. 36. 2. Et quòd luciferum etiam eleganter expreſsit. 37. 1
Ardor filij Dei, ut nos eriperet de Tyrannide Sathanæ. 41. 2
Aſperſio & expiatio ſuperni Propitiatorij quid ſit: Cur facta ſepties: Et cur facta cum digito. 31. 1. 2

B

Benedictio Dei ſuper credentes, quanta ubertate deſcendat, poſt reſurrectionem Chriſti. cart. 12. 1
Benedictionis cœleſtis patris, in nobis effectus inſignes. 45. 2
Beneficia Chriſti ingentia ergà nos. 42. 2
Bonitatis diuinæ immenſus occeanus. 35. 1
Bracchium Chriſti euāgelium ſacroſanctum. 49. 2

C

Creaturæ per peccatum infectæ: Et quòd illarum infectio cœdit quidem in ultionem noſtri, ſed & potiſsimum Sathanæ. 37. 2
Chriſtus bonus paſtor & inſignia eius officia. 48. 2
Chriſtus inſigniter dominus Dauid. 7. 1
Chriſtus Moiſi à Deo miris uerbis euangelizatus in monte, & haud diſsimilibus, omnibus euangelizatur electis. 43. 1. 2

Christus à Patre euangelizatus est Petro, & Paulo, & ab eodem omnibus euãgelizatur ælectis, sed unicuique pro mẽnsura fidei, & ratione mẽbri. 44.1
Christus non modo à patre euangelizatur ælectis, sed persuadetur illum pertinere ad eos. 44.1
Christus in se peccata nostra recepit, & ita legis in se animaduersionem tulit. 41.2.42.1
Christus & si in natiuitate factus est Rex, regnum tamen ante mortem non possedit, nec de tyrãnide Sathanę liberauit. 42.2
Christus & fortissimus & infirmissimus fuit in morte. 49.2
Christi imolatio in cruce, quomodo pro nostris & suis delictis, qui peccatum non fecit. 30.2
Christus & si omnia moderatur, potissimũ tamen ælectorum Ecclesiam. 32.1
Christus medius inter utrunque populum 8.2. Nec eodem modo regnat in medio amicorum & hostium. 9.1
Christus in die resurrectionis uerè Deo renatus. 9.2 Et renatus ante Luciferum, & in gloria Sanctorum. 10.1
Christus quomodo sedet ad dexteram Dei. 7.1 Et quomodo Sacerdos factus postquàm sedit in ea. 6.1
Christus in resurrectione potitus est sui principatus primitijs. 10.2
Christus per passionem & mortẽ adeptus est principatum totius Ecclesiæ. Et illius amplexibus est potitus. 14.1.2
Christus nõ nisi per passionem, & mortem sacerdotalis muneris iuxta ritũ Melchisedec, exequutionem assecutus est absolutè. 15.1
Christus in cœna quid mãdarit discipulis, & quo pacto ac ratione, & quasi præueniendo usus est ritu Melchisedec, 17.1
Christus quo pacto penitus non recedẽs à ritu Melchisedec sit Liturgos sanctorum in Patria. 17.2

Christus & si uiuus panis & potus, distruibit se san ctis in Patria, in cœlesti mensa, non tamen distri buit se sub specie materialis panis & potus, sed lõ gè augustiori modo. 18.1
Christus per ministros Ecclesiæ quotidiè offert suum corpus & sanguinem in altari, Deo & Pa-tri. 18.2
Christus si mortalem uitam ageret quo pacto sacer dos non esset. 19.1
Christus ille est Angelus de quo mentio est in Cano ne Missæ. 24.1
Christus suum sacerdotium spirituale, quo modo commune facit omnibus suis membris. 26.2
Christus quæ uerè sunt sancta sanctorum, quomo-do ingressus est septimo mense, & decima die mẽ sis. 28 2
Christus quæ uerè sunt sancta sanctorum ingressus est semel, & non per sanguinem animalium, sed p sanguinem proprium. 29.2
Christus quæ uerè sunt sancta sanctorum, quomo-do ingressus est lotus, uestibus sanctis indutus, fę minalibus & zona succinctus, & Cydari ornatus 30.1.2
Christus cur post resurrectionem Legatos in Orbẽ uniuersum direxit. 42.2
Christi ad interiora pertingere quid sit: Et quomo-do in ipso recepti, tuti adimus Tribunal diui-num. 45.1
Christi cruce sicut lex est affixa, ita & per illã Leuiti cum est sacerdotium consumatum. 15.1

D

DEmones quo pacto redigẽdi sub pedibus chri-sti 7.2
Deus qui nequit fallere, cur aliquando iuret, & cur cum iurat, per semetipsum iuret. 3.2
Deum quo pacto aliquando pœniteat. 4.2. Et Pœni tentia qualis admittatur in Deo. 5.1
Deus nullo modo mutatur, sed omnis mutatio in

creaturis eſt. 5.1
Dei dicere non raro eſt facere. 71. Et illius potentia eſt infinita. 34.2
Deo definita, cur prænunciari uelit nonnunquàm ſub conditione. 5.2
Deus cur mundum ab æterno non fecit, & cur cum illum fecit, fecit tali ordine & diſpoſitione. 35.1
Deo cur nulla res tranſit ſed omnia ſemper adſiſtunt. 35.2
Dei Sapientia uerè imperſcutabilis, & dilectio erga nos incredibilis. 39.1
Deus & ſi præſcius Adæ lapſus, illum tamen conſulto permiſit. 39.1
Dei concio ad primum hominem. 37.2
Dei conſilium non modò de homine reparando, ſed in ſtatum meliorem promouendo. 39.1
Diuinæ liberalitatis profuſio, erga ęlectos. 35.1
Diuinę perfectionis incompræhenſibiles Cornucopiæ. 34.2
Dexteræ Dei uis & poteſtas. 7.2
Dies reſurrectionis Chriſti, dies eſt roboris eius. 9.2. Et dies roboris eius qualis. 11.2

E

ECleſia quid ſit communi definitione, & ꝙ ad illam pertinent etiam non ælecti. 42.2
Eccleſia ælectorum uarijs typis expreſſa, ſed typo regni præclarius deſignata. 32.1
Eccleſia huius peregrinationis, uerè tabernaculum eſt fixum à Deo. 18.2
Eccleſia cur petit in Canone, ut oblatio quæ fit in altari Deo ſit ratha, accepta & benedicta. 24.1
Electi non modò de Chriſto perſuadētur à Patre, ſed trahuntur ad eum. 44.2
Electorum dona inſignia. 46.2
Electi etiam in tribulationibus gaudent. 46.2
Electi euadunt in Chriſto Dei filii quodam modo naturales. 45.2
Electi ſunt Chriſto ſemper, & maxime prompti. 11.1

Enoc cur trãslatus in septima generatione, & Elias in septima humanę uitę periodo. 28.2
Episcopi & Sacerdotis nomina nonnunquàm confunduntur à Paulo. 3.1
Euangelij & legis promulgationis discrimen. 11.2
Euangelio post resurrectionem prædicato, spontaneus Deo natus est populus. 11.2
Euangelij totum pondus, in resurrectione Christi. 13.2

F

Filius Dei oportuno tempore missus. 41.1
Filij Dei extrema exinanitio. 39.2
Funiculus triplex, fides, spes & dilectio. 48.1
Furiæ quæ iurauerunt Sathanæ, in regno huius mũdi. 33.1

G

Gloria filiorum Dei & si plenissimè reuelãda est in futuro, non desunt tamen illis in pręsenti primitiæ. 46.1
Grex Domini in duas classes distinctus. 48 2

H

Hæreticorum obiecta contra Missæ sacrificium persoluta. 25.1
Hæreticorum commentum, quòd Melchisedec non obtulit Deo, ex scripturis elusum 16.1
Homo quantum à sui prima institutione degeneraverit. 35.1
Hominis post peccatum hebetudo insignis. 33.1
Hominum cœtus cur ab æterno delectus. 35.1
Homines omnes in Adami lumbis facti captiui. 39.1
Hortus uoluptatis & si erat corporeus, typum tamẽ gessit Regni cœlestis. 36.1
Horti uoluptatis arbores, angelicæ mentes, ex scripturis. 37.1
Hostia in cruce oblata, hostia spũalissima fuit. 27. 1.

I

Infideles quandiu sunt infideles, hostes sunt Christi. 8.1

Inimici Christi sunt peccatores, & maximè reprobi. 7.2
Iurare aliquandò non modò non erroneum, sed laudedignum. 3.2. Et necessario aliquādò prȩstandum à Christifidelibus. 4.2
Iuramentum quo sensu prohibeatur à Christo. Et cur ab illius frequentia desistendū. Et qua sit ratione præstandum. 4.1

L

Legis & Euangelii promulgatiōis discrimē. 11.2
Libertatis cupiditas, & libido excellētiȩ proprium maximam habent. 38.2
Lignum uitæ quid significauerit. 36.2
Loqui in Diuinis Essentiale, & Noctionale: & Essentiale non rarò appropriatur patri. 6.2

M

Mala per Adamum inuecta, & bona per Christum acquisita. 41.1
Membra Christi candida & sine dolo. 4.2. Et non solum operantur in uirtute Christi, sed in persona eius. 24.2
Melchisedec etsi in multis assimilatus est Christo, in Sacerdotio tamen illi maximè assimilatus est. 15.2
Melchisedec sacerdotium, nedum sacerdotium excessit Aaronis, sed & præstantiam Abrami. 15.2
Melchisedec sacerdotium, in quo maximè simile sacerdotio Christi. 15.2. 16.1
Melchisedec ritu retento, uerè non nisi post mortē, iuxta illum ordinem Christus, eo absolutè functus est. 16.2
Missæ sacrificium multilpex. 19.1.2
Missam Eucharisticum sacrificium, etiam Lutherani concedunt, sed propitiatorium pro peccatis obstinatè reijciunt. 19.2
Missam esse sacrificium pro peccatis ēt à Catholicis non uniformiter intellectum. 20.1
Missam esse sacrificium propitiatorium pro pecca-

tis hoc eſt pro culpis & pœnis,conuincitnr ex Patribus,& Catholicæ Eccleſiæ ſenſu. 20.1

Miſſæ ſacrificium eſt eiuſdem uirtutis cum ſacrificio crucis,& qua ratione. 20.2

Miſſæ ſacrificium,idem crucis ſacrificio ex parte rei oblatæ,non tamen ex parte oblationis. 21.1

Miſſæ ſacrificium propitiatorium pro peccatis, non ſolùm ex parte rei oblatæ, ſed ex parte oblationis. 25.1

Miſſæ ſacrificium rectè intellectum, ſine ſanguinis effuſione quodam pacto non fit. 26.1

Miſſæ ſacrificium,ad impetrandam à Deo pœnitentiam maximè confert. 26.1

Miſſæ ſacrificio pro peccatis conceſſo, nullo pacto neceſsitas ſacramenti excluditur pœnitentiæ. 26 1.2.

Moſe regnante,regnauit Aaron,ſed Euangelio reſulgente, ſacerdos alius ſuffectus eſt. 15.2

Mundus alius in aduentu Chriſti quodā modò exortus eſt. 29.2

Mundus hic,undè in maligno poſitus eſt. 32.1

Mundi huius regnum, quale eſt in ſcripturis. 32.1

Mundi quattuor Monarchiæ, cur quatuor belluis comparatæ. 34.1

O

Oblatio à Chriſto in cruce facta opus extitit tā inſigne,ut eſſet pluſquam heroicum. 21.2

Oblatio à Chriſto in cruce facta,ad genus pertinet ſpiritualium oblationum:& per hoc ad genus ſpiritualis ſacerdotij. 21.1

Oblatio quę quotidiè fit in altari ad genus pertinet ſenſibilium actionum,& ob id ad genus externi ſacerdotii. 22.1

Oblatio à Chriſto in cruce facta,quo pacto p ſpiritum ſanctum fuit,ut Apoſtolus dicit. 21.2

Oblatio in cruce facta,fuit cruenta realiter, ſed quę fit in altari eſt cruenta myſterio. 22.2

Oblatio in cruce facta, facta eſt ſemel, certo die &

loco,sed quæ fit in altari,repetitur quotidiè, passim in omni loco. 22.2
Oblatio in cruce facta est pro peccatis totius mundi,sed quæ fit in altari,solum fit pro peccatis fidelium. 23.1
Oblatio in cruce, à Christo facta est p seipsum, sed quæ fit in altari fit à Christo per ministros Ecclesiæ. 23.2
Oblatio quæ fit in altari, & si ut exit à Christo infinitatem habet,non tamen ut à ministris exit Ecclesię. 23.2
Oblatio quæ fit à ministro in persona Ecclesiæ, nō modò ab illo progreditur in uirtute Christi, sed & in persona eius. 24.2
Oblatio quæ fit in altari, quo pacto & ratione innumeris quodammodo posit sufficere, illisq; applicari. 24.2
Oblatio quæ fit in altari,instituta non est pp defectum oblationis in cruce,sed propter exuberantiam liberalitatis diuinæ. 25.1
Oblatio Crucis & si sufficientissima est,altaris nihilominus oblatio etiam necessaria est. 25.2
Oblatę res per spirituales sacerdotes,non necessario spirituales res sunt. 27.1
Oracula multa in scripturis conditionata sunt, & non semper dum reuelantur,sub conditione exprimuntur. 5.2
Oues,& agni,& si unius sunt naturæ,illę tñ Ecclesię maiores significant & isti minores : illæ fœrūtur in humeris & isti gestantur in sinu. 49.1. 50.1.2

P

PAstoris nomen peculiare est Christo & qua ratione. 48.1
Pater quomodo Electos trahat ad Christum. 44.2
Piorum continuum exercitium. 46.2
Peccati author,non Deus sed Diabolus est. 32.2
Peccato primi hominis omnia quodammodo sunt infecta. 32.2

Pontificis & Sacerdotis in lege diſcrimen. 3.1
Pontificatus & Sacerdotiũ in Chriſto ſunt idẽ. 3.1
Principiũ pro,principatu. 9.2. Et pro,initio. 10.2
Propitiatorium in Sanctis Sanctoꝝ in patria qd ſit, & quid tabulæ teſtamenti, Vrna mannæ, Virga Aaronnis, & Cherubin in eadem. 29.1. Et quomodo Per Chriſti ſanguinẽ expiatum ſit,ex utraque parte,& ſepties aſperſum,cum digito. 31.2

R

Redemptionis noſtræ oportunitas, ex multis, colligi poteſt. 41.2
Regni Chriſti pręſtantia,multipl'r declaratur. 47.1
Regni Chriſti typus,petendus è cœlo. 34.2
Regnum Chriſti,non de hoc mundo natum. 34.1
Regnum Chriſti,potiſsimũ in aïabus noſtris. 34.1
Regnum Chriſti,quomodo regatur ab eo. 47.2
Regnum Chriſti,æternum ſuapte natura. 34.1
Regnum Chriſti,cur non ſimile temporali. 33.1
Regnum Dei & Chriſti, in mundi calce cogendũ,& ex oĩbus mundi partibus congregandum. 35.2
Regnum temporale,non diſplicet Deo. 33.1

S

Sacerdotium legis carnale, umbram prætulit ſacerdotij ſpiritualis. 27.2
Sacerdotium iuxtà ritum Melchiſedec, ad Chriſtũ poſt paſsionem pertinere teſtatur Apl's. 14.1
Sacrificium expiationis,maximè pręfigurauit ſacrificium crucis, & quæ carnaliter gerebantur in illo ſpiritualiter ſunt adimpleta in iſto, & explicatur illius ſacrificij ordo & ritus. 27.2. 28.1
Sacrificium crucis, cur à multis dicitur ſecundum ordinem Melchiſedech. 16.2
Sacrificium altaris,ſine cruẽto ſacrificio crucis pec catis ſuffragari non poſſet. 26.1
Sancti in Patria non erunt inertes, ſed diuerſis oneribus deputati. 30.2
Sanguis Chriſti Diuinæ iuſtitiæ ſatisfacit, ſed non dormientibus nobis. 45.1.2

Sathanas cuius mūdi sit Princeps. 32.2. Insignis demētia. 33.1. Et superbia intolerabilis. 37.2
Sathanæ tumor & inuidia, & eius intentio in aggrediendo primum hominem. 38.2
Sententia Diuini iudicij nonnunquàm fit iuxta demerita propria. 6.1
Spirituales sacerdotes, quo pacto spirituales hostias offerre dicantur. 27.1

T

Terræ uterus, uterus est communis omniū matris. 10.1
Tyrannis cur permissa à Deo. 33.2

V

Virga uitutis Dei, Euangelium est sacrosan. 8.1 Et efficacia diuinæ potestatis. 8.2. Et crux ipsa Christi. 9.1
Virga Aaronis, & Vrna mannę, in Arca supercęlesti, quid significent. 29.1
Vocatio ælectorum propria: & interna ex ore Patris. 43.1

FINIS.